



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiae Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699




87

Th. 2181.

E. II. 38.

E
HH
~~28~~



ACTA
ECCLESIAE
MECHLINIENSIS,
ANNI M. DCC. XVIII.
CIRCA BULLAM
UNIGENITUS.

*Præmittuntur, Epistola Episcoporum Bel-
gii ad SS. D. N. CLEMENTEM PP. XI.
Breve Responsorium Suae Sanctitatis,
& Literæ eorundem Episcoporum ad
Metropolitanum Mechliniensem.*

Collegii S. Iosephi

Paderbornæ 1724.



BRUXELLIS,
Typis SIMONIS T' SERSTEVENS, Typographi Ex-
cellentissimi & Reverendissimi Domini
Archiepiscopi Mechliniensis.
Cum Privilegio.

A C T A

RECENSITAE

MICHAELIENSIS

ANNO M. DC. XVII

CIRCA JULIAN

UNIVERSITATIS

Reuerendissimo Archiepiscopo Paderbornensi

et S. D. N. Clementi PP. XI

in obsequium eiusdem Archiepiscopi

et in honorem eiusdem Archiepiscopi

et in honorem eiusdem Archiepiscopi

Handwritten text, possibly a date or signature



BRUXELLES

Typographe de la Couronne, rue de la Chapelle

collationné & autorisé par le Docteur

Archidiaque de Paderborn

Car. Paderborn



EXEMPLAR EPISTOLÆ
EPISCOPORUM BELGII
AD SS. D. N.
CLEMENTEM XI.

BEATISSIME PATER



Otis nostris Deo Ter Opt. Max. solemniter redditis pro diurnâ Sanctitatis Tuæ incolumitate, undevigesimo anno sapientissimi juxta, ac vigilantissimi Ecclesiæ Catholicæ regiminis feliciter inchoato, ad Apostolatûs Tui Principatum accedimus, ad universalem Pastorem Gregis Dominici, cujus partem Nobis commissam sub altius præfidente, & præeminente celsiore fastigio speculæ Pastoralis, ad salubria pascua Catholicæ Fidei, morumque doctrinæ dirigere, hæcenus conati sumus. Immobile Fidei Fundamentum cum S. Augustino, & priscis omnibus Ecclesiæ Patribus in Te semper agnovimus, Pater Beatissime, supra quod Ædificii Ecclesiastici altitudo consurgit, à quo, si vel ad latum unguem recedatur, ruere omnia in præceps, ac Pastores ipsos cum ovibus in manifestam perniciem, & interitum prolabi, necesse est. Id Nos docuit æterna ipsa Incarnata sapientia, id Traditio, Concilia; ætatum omnium Venerandi, Sanctique Antistites, Patres, Doctores, verbo, Nationum omnium,

* 2 scrip-

scriptores Catholici, & olim professi sunt, & hodiè profitentur, conterendos eos demum, qui à Vestrà Sede defecerint, quæ ipsa Principis Apostolorum est, per quem convicta, atque expugnata sunt hæreticorum omnium, schismaticorumque commenta. Vicina horremus scandala, atque infandam rerum Divinarum, profanarumque commixtionem execramur, in id totis viribus intenti, ne in Ecclesiis Nostris, vel clanculùm irrepat, vel furtivè serpat, vel quoquo se modo insinuet, inauditum prorsus à Catholicis Episcopis exemplum. Necessaria sanè fuit, Beatissime Pater, diùque à Nobis expectata sapientissima illa Vestra Constitutio, *Unigenitus Dei Filius*, ex Spiritu Sancto dictata per os Sancti, ac Beatissimi Principis Apostolorum, à digito vestro scripta, quâ centum & unum perversorum hominum placita solenni anathemate configuntur, quamquè proindè in nostris singuli Diocæsis promptissimâ Summo Ecclesiæ Rectori obedientiâ, & submissione incunctanter suscepimus, avidè amplexi sumus, continuò publicari curavimus, & toto Belgio Catholico ab omnibus acceptatam, illibatam Fidei, morumque Regulam esse voluimus. Hæc muneris nostri partes, Pater Sanctissime; quibus id modò superaddimus, ut Sanctitati Tuæ debitas pridem gratias referamus, quòd tam opportuno remedio renascentes quotidie, & ex obtritis olim hæresibus repullulantes errores, falce ad radicem missâ, penitus extirpaveris. Tantùm profectò in hæc meditandâ, condendâque sanctione, virtutis, & divini luminis ostendisti, ultimos tortuosi colubri flexus rescindendo, ut in Te uno collectæ videantur dotes illæ, quæ Decessores Tuos, Romanos Pontifices, ejusdem hæreseos interemptores pridem nobilitarunt. Prompti remedii necessitas nunquam clariùs apparuit, quàm, cum eos, quos ista lues afflaverat, principio titubare, sensim im-

modestiùs

modestiùs obstrepere, tum apertiùs refragari, demùm in exitialem contumaciam erumpere incredibili cum nostro mœrore conspeximus. Quot autem, quantæ, & quàm diuturnæ perrumpendæ difficultates fuerint, ut eam controversiam dirimeres, quam indefesso studio singulos errorum angulos scrutatus sis, quot vigiliis Tibi constiterit, illæsâ S. Augustini auctoritate latitantes sub ejus umbra errores contundere, gratâ recordatione meminimus; eâque adeò longè gratiori, quòd eo pacto infecta, corruptaque pascua detexeris, à quibus Greges nostros securiùs custodiremus. Eamdem Nobiscum gratitudinem totius Orbis Catholici Præsules testatissimam reddidêre, ut universi planè obstupuerint, repertos nonnullos, qui ad immobilem Fidei Petram duras cervices allidere non formidarent, desertâ Pastoris voce ad profanam novitatem dilapsi, quo Paternum Tuum animum vehementissimè excruciatum non semel demonstraisti, iis nihilominus pacis, & lænitatis usus consiliis, quæ ad oves, periculo proximas, retrahendas saluberrima judicasti; nihil intentatum relinquens, quo aberrantes in viam salutis reduceres. Tum verò incomparabilem illam Tuam mansuetudinem, incredibilem tolerantiam, clementiam inexhaustam admirari licuit, dum immorigerorum filiorum audaciam, temeritatem & perviciam tam longanimiter sustinuiisti, ut dubium putemus, majorem-ne in edendâ ipsa Constitutione, an in harum virtutum tam illustri Testimonio gloriam Tibi conciliaveris. Lenem Te Patrem satis diu experti sunt refractarii homines, at sapientiæ Tuæ, prudentiæ, & Pastoralis fortitudini media non defutura censemus, quibus Sanctionum Tuarum acerrimum Te aliquandò vindicem sentiant, depulsisque turbarum nebulis, veritas Catholica de ipsis inferorum portis triumphet. Turpem maculam parti illi Ecclesiæ Gallicanæ rebellanti inustam, amaris lacrymis

crymis

crymis deflere cogimur; id interim solatii Tuæ Sanctitati afferentes, quòd devium illum, & pervicacem erroris spiritum ab Ecclesia Nostra Belgica, saltem prò maxima, potiori, nobiliorique parte, penitè exulare confidamus; non sine summa fiducia fore, ut si quos forte, Nobis invitissimis, contagiosum malum afflaverit, ii per Dei gratiam ad debitam obedientiam compellantur. Hæc nostra, nostrorumque Regula est, Pater Beatissime, nec aliam agnoscimus, quàm ut Cathedræ Tuæ inviolabili communione consociati, eos, qui tecum non colligunt, ut dispersores, dissipatoresque fugiamus. Super Apostolorum Principis Petram ædificatam Ecclesiam scimus, Nostri sunt, qui Tuæ Cathedræ junguntur: id Catholicum credimus, quod à Tua Sede proficiscitur, quod contrà est, omne respuimus. In hæc fide, in perpetuâ obedientiâ, in demississimâ veneratione Ecclesiarum omnium Capiti, sine ullo typho Sacrilegæ superbiæ, sine ulla inflata cervice arrogantia, sine ulla contentione lividæ invidiæ, cum Sancta humilitate, cum charitate Christiana, indissolubili vinculo æternùm copulabimur. Et Sanctitatis Vestræ pedes, corde, & animo provoluti, deosculamur.

Die Sancto Clementi Sacrà 1718.

Humillimi, Devinctissimi, & Obedientissimi Servi,
& Filii.

THOMAS *Archiepiscopus Mechliniensis.*

P. E. *Episcopus Gandavensis.*

FERDINANDUS *Episcopus Namurcensis.*

F. ANGELUS *Episcopus Ruræmondensis.*

PETRUS JOSEPHUS *Episcopus Antverpiensis.*

HENRICUS JOSEPHUS *Episcopus Brugensis.*

PETRUS GOVARTS *Vicarius Apostolicus Sylvæduccensis.*

E X E M P L A R

Brevis Responsorii SS. D. N. CLEMEN-
TIS PP. XI. ad Episcopos Belgii.

*Venerabilibus Fratribus Thomæ Archie-
piscopo Meckliniensi, ac Episcopis
Gandavensi, Namurcensi, Ruræ-
mundensi, Antverpiensi, & Brugensi,
nec non Dilecto Filio Petro Govarts
Vicario Apostolico Sylvæducesi.*

CLEMENS PAPA XI.

Venerabiles Fratres, ac Dilecte Fili salutem,
& Apostolicam Benedictionem. Pietatis Ve-
stræ, atquè Filialis in hanc Sanctam Sedem studii
insigne accepimus argumentum in literis, quas die
Sancto Clementi Sacrà anni proximè præteriti ad
Nos dedistis. Ex iis enim, quàm alacri, prompto-
què animo Constitutioni Nostræ, *Unigenitus Dei
Filius*, debitam obedientiam præstiteritis, ac, ut ab
aliis etiam præstetur, omni ope curare decreverit-
tis, abundè cognovimus. Hoc autem illustre, &
nomine vestro maximè dignum factum eò gratius
Nobis accidit, quò certius allatum ad Nos est,
paucos illos, qui sanam doctrinam non sustinent,
& à veritate auditum avertunt, hoc potissimùm
tempore obduratæ mentis indicia prodere, apertam-
què ab Apostolicâ Sede defectionem revelatâ facie
profiteri. Perspectam itaquè virtutem vestram ube-
ri, & planè meritâ in Domino laude prosequentes,
Eum, qui non dat in æternùm fluctuationem justo,
impensè

impensè precamur, ut Vobis cælesti suo præsidio jugiter adesse velit, quatenus Ministerii vestri partes strenuè, constantèr, atque fructuosè obire pergatis, undè Sacris Belgii Antistitibus major indies justissimæ gloriæ cumulus accedat, & gaudium, quod Nos ex tam præclarâ zeli vestri testificatione percepimus, compleatur. Hunc porrò in scopum Vobis, Venerabiles Fratres, & Dilectè Fili, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam majorem, sub Annulo Piscatoris die 15. Januarii 1719. Pontificatûs Nostri, Anno decimo nono.

JO. CHRISTOPHORUS *Archiepiscopus*
Amasenus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.




EXEMPLAR EPISTOLÆ

Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis ad Illustrissimos ac Reverendissimos Dominos Episcopos Belgii.

EA, quam diù vidi, & ingemui ex scandalosa paucorum in Gallia Episcoporum Appellatione ad Concilium Generale, animarum perniciem in hac mea Diœcesi imminere, me pridem impulit, ut prò munere meo vel minimum tanti mali periculum ab ovibus curæ meæ concreditis averterem. Atque ideò scripsi sæpius, urfi, institi apud Sanctissimum Dominum, ut Galliarum dissensionibus finem imponeret, quod Sua Sanctitas prò sua clementia se præstituram addixit. Moræ tamen impatiens, instrumentorum illorum appellationis apud Catholicos inauditæ, ad fallendum compositorum fucos, & fraudes opere publicando detegere, & refutare aggressus sum, quam refutationem edere distuli, usque dum Summus Pontifex, quid de Refractoriorum illorum contumacia judicaret, prò sua auctoritate edixisset: quod ubi Romæ actum, ad aures meas pervenit, ulteriùs tacere mihi tutum non esse, conscientia mea dictavit. Ideòque, dum illud refutationis opus adhuc limari, & sub prælo sudare debet, Epistolam Pastoralem publicavi, quam in Illustrissimæ, ac Reverendissimæ Dominationis Vestræ manus hisce acclusam consigno. Prò rei gravitate Capitulares meos consulendos esse duxi, qui eodem, quo Bullam *Unigenitus*, Sede vacante, admiserunt zelo, Epistolæ meæ Pastoralis subscripserunt. Illustrissima, ac Reverendissima Dominatio Vestra

A Con-

Constitutionem illam *Unigenitus* non tantum admittit, sed & legitime publicavit; porro nullus dubito, quin cum summo in Terris Christi Vicario, & cum omnibus Orbis Catholici Episcopis (paucis in Gallia exceptis) pro sua auctoritate, & zelo, quo fertur pro conservanda Fidei integritate, ora loquentium iniqua obstruere velit, & perenni cultu subscribor. Mechliniæ 2. Novembris 1718. Illustrissimæ, ac Reverendissimæ Dominationis Vestræ. Humillimus, ac devinctissimus Famulus. *Erat signatum.* THOMAS Archiepiscopus Mechliniensis.



EXEMPLAR RESPONSI

*Illustrissimi ac Reverendissimi Domini
Episcopi Gandavensis.*

Illustrissime Domine

Magno cum gaudio accepimus Literas, quas Excellentia Vestra transmittere Nobis dignata est cum adjuncta Epistola sua Pastoralis, quam & Nos libentissimo animo suscepimus, eique toto corde adhæremus: Laudandus summopere est generosus zelus Excellentiæ Vestræ, pro cognoscendis, & extirpandis zizaniis jam nimis inficientibus Belgium; magnus inde sperandus est fructus, pro quo obtinendo nihil Nos omitemus, atque optamus, ut hoc omnes intelligant. In illum finem non cessabimus rogare D. O. M., ut Excellentiam Vestram diu servet incolumem, dum omni submissione subscribimur. Bruxellis 18. Novembris 1718. Illustrissime Domine, Excellentiæ Vestræ, Humillimus, & obsequentissimus Famulus. *Erat signatum.* P. E. Episcopus Gandavensis.

EXEMPLAR RESPONSI

*Illustrissimi ac Reverendissimi Domini
Episcopi Namurcensis.*

Illustrissime ac Reverendissime Domine.

GEmitus Illustrissimæ ac Reverendissimæ Dominationis Vestræ à me non fuit absconditus, quandoquidem ejus, & zeli sui plurima mihi fuerint exhibita specimina, sollicitudinem suam pro salute animarum sibi concreditarum convincentia, quibus totum Orbem testem adhibet, suæ in sanctam Sedem obedientiæ, & submissionis; non enim Antidotum toti suæ Diœcesi salubrius contrà infensissimos sanctæ Sedis, ac sanæ, avitæque Romanæ Fidei hostes, qui Christi Vicario, Beati Petri Successori definienti contradicunt, ac contumaces, & rebelles persistunt, hauriendum præbere potuisset, quam Epistolam suam Pastoralem, ad me ex Vestra benevolentia, & singulari affectu transmissam, non minus pro Fidei integritate conservandâ, quam veritatis propalatione editam.

Eam totis animis perlegi, eique semper, & in omnibus adhærebo, ac totis viribus continuo insistam, ut idem sentiat tota Diœcesis mea, quæ hucusque non aliter sentire visa est (quod mihi notum fit) quam Sedes Apostolica dictavit, & definivit; quidquid oblocuti sint aliqui, quorum calumniam retudit sententia juridicè lata, & pronunciata.

Novatorum opera in mea Diœcesi distribui, hucusque non toleravi, ne in viam illorum pusilli, ac mediocris doctrinæ viri abeant; quandoquidem liniant sermones suos sicut oleum, ipsi autem sint jacula. Si enim scissuras inter ipsum genus electum

caufare poffint , quid verò intèr cœteros ? De iis dici poffet , oculos habent , & non vident , quia videre nolunt ; eâ-propter continuas ad Deum preces effundo , ut eorum mentes illuminet , ac tandem illorum miferus , tamquam à fomno excitati ad fanam doctrinam redeant , lumen veritatis agnofcant , Capitique Ecclefiæ veram obedientiam fpondeant , & jurent : Id enim mihi in votis eft , utque idem fapiens cum grege mihi commiffio ufque ad extremum vitæ halitum Fidem illæfam , licèt in multis periculis apud Nos modo verfantem , fervare valeam , qui totus dicor , ac plenâ observantiâ fufcribor. Namurci hac 5. Novembris 1718. Illuftriffime , ac Reverendiffime Domine , Illuftriffimæ , ac Reverendiffimæ Dominationis Veftræ , Humillimus , & obfequentiffimus Servus. *Erat fignatum.*
FERDINANDUS *Epifcopus Namurcenfis.*



EXEMPLAR RESPONSI

*Illuftriffimi , ac Reverendiffimi Domini
 Epifcopi Ruræmundenfis.*


Monfeigneur

JE viens de recevoir la Lettre, que Vous m'avez fait l'honneur d'écrire le 2. de ce mois , avec la Pastorale y jointe. J'ai lû , & relû l'une , & l'autre avec joye ; & ne fçaurois m'empêcher de louer , & approuver le zele , qui Vous fait rompre le filence pour confirmer vos Brebis , & qui fait connoître en même tems à nos Voifins , que Nous detestons dans cette Province la nouveauté dangereufe , & criminelle de quelques Evêques de France ;

ce ;

(5)

ce, & qu'on y croit, que Saint Pierre a parlé en Clément dans la Constitution *Unigenitus*. Pour moi j'ai la consolation, d'avoir des premiers publié cette Constitution, même dans un Diocèse soumis à des Puissances d'une Religion contraire à la nôtre, & de la voir y respectée, & observée, graces à Dieu, de tout mon Clergé, & Peuple, ainsi que je ne crois pas nécessaire d'y publier quelque nouvelle Lettre Pastorale, devant que Sa Sainteté, ou son Ministre Monseigneur l'Internonce m'ait communiqué le Bref de Séparation, que je ne manquerai pas de publier, ni jamais les occasions, ou je pourrai Vous témoigner le respect avec lequel j'ai l'honneur d'être. Ruremonde ce 5. de Novembre 1718. Monseigneur, votre très-humble & très-obéissant Serviteur, *Etoit signé F. ANGE Evêque de Ruremonde.*




EXEMPLAR RESPONSI

*Illustriissimi, ac Reverendissimi Domini
Episcopi Antverpiensis.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

DUm summas, quas aliàs Excellentiaë Vestraë pro communicatione Literaë suæ Pastoralis oretenùs egi gratias, nunc pro transmissione plurium exemplarium ejusdem hìc repeto, licebit simul sensum ingentis doloris mei exprimere, quo me afficiunt scandalosæ istæ, novissimèque erumpentes quorundam hujus Patriaë Refractoriorum, & Obstinatorum voces contra Bullam Sanctissimi Domini Nostri *Unigenitus*, quas intra Galliaë limites

tes mansuras, intraque paucorum, inibi plus justò sapere volentium, ora suffocandas speraveram, idque, ut accideret, humilitèr simul ac instantèr Deum rogabam; sanè malo, quod oppressum credebamus, nunc recrudescente, fortiùs quòque contraire necesse erit. In Bulla *Unigenitus* Supremum Ecclesiæ Caput errores, maximâ ex parte ab ante damnatos, notavit novitèr; Episcopi Orbis universi, paucis Gallis exceptis, necessitatem simul, ac justitiam Pontificiæ definitionis agnoverunt reverentèr; quid restat, nisi ut oblatrantes puniantur fortitèr? Nullum, laus Deo, publicè id verbo factove facientem novi hucusquè in Diocesi meâ; de occultis judicabit Dominus: non dormio interim ego, nec dormiunt mei, sentietque primus, quem oblatrandi pruritus invaserit, quòd, dum Summum Pastorem loquentem alii Pastores prò debito auscultant, & ipse Pastorem suum audire, aut pro hædo haberi, & quâ talis, à bonis separari debeat. Sum interea debito cum respectu. Antverpiæ 3. Decembris 1718. Excellentiæ Vestræ humillimus Servus. *Erat signatum. P. J. Episcopus Antverpiensis.*



EXEMPLAR RESPONSI


*Illustrissimi & Reverendissimi Domini
Episcopi Brugensis.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

SUmme cum animi gaudio legi, & relegi Epistolam Pastoralem, quam Excellentissima, ac Reverendissima Vestra Dominatio mecum commu-

municare dignata fuit, à se adversùs Ecclesiæ perduelles, & in schisma protendentes editam: Zelum enim verè Apostolicum in ea suspexi, & veneratus sum, atque alterum in ea agnovi *Humbertum Guilielmum* zelosissimum, & piissimæ, æternùmque venerandæ memoriæ Antecessorem Vestrum, Filiorum iniquitatis, ac publicæ tranquillitatis perturbatorum Malleum. Novo quòque ardore in me sensi accendi & augeri zelum illum, quo turbarum, quibus Ecclesia modò tam miserè exagitur, Authorem *Quesnellum* ex pernicioso latebris aliàs extraxi, & prò integritate tranquillitatequè sponsæ vestræ agonizari non cessavi. Placuit quidem Divinæ Providentiæ desponsare mihi Ecclesiam Brugensem Fidei integram, luisque Jansenianæ puram, quæ ambabus ulnis, singularique applausu Constitutionem Apostolicam *Unigenitus* amplexa fuit, eamque adhuc constringit arctissimè; at, cum è speculâ Pastoralis sollicitudinis funesto igne, quem *Quesnellus* ejusque affectu suscitavit, proximam ardere videam Galliam, & ex ea quaquaversum vibrari ignea tela, turbulenta inquam, & venenata diffundi scripta, piâ æmulatione zelum Vestrum æmulari satagam, & Gregem mihi creditum, ne veneno illo affletur, aspirante Domino præmunire salubri instructione. Interim Supremum Ecclesiæ Sponsum, cui absolutum in ventos & mare Imperium, enixissimè orare non desinam, ut perduellium voluntates ad obedientiæ debitum propitiùs compellat, & solatio restauratæ pacis, ac servatæ veritatis, fructu Epistolæ Vestræ Pastoralis, Vos beet, & in Ecclesiæ Belgicæ Bonum diù fervet incolumes. Hoc ardentissimum Votum ex intimis cordis medullis effundit, qui summo cultu permanet. Brugis 5. Novembris 1718. Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Vestræ

stræ Dominationis Excellentissimæ, & Reverendissimæ, Humillimus, & Obsequentissimus Servus.
Erat signatum. HENRICUS JOSEPHUS Episcopus Brugensis.



EXEMPLAR RESPONSI


Reverendissimi Domini Vicarii Apostolici Buscoducensis.

Excellentissime, & Reverendissime Domine

E Pistolam Pastoralem ab Excellentia Tuâ jam pridem editam, & promulgatam, ab eadem ad Suffraganeos suos Episcopos, & ad me missam, quâ decet submissione, & obedientiâ amplector, in quâ nimirum, & per quam audio, & sequor vocem ipsius Pontificis, ejusdemque Constitutionis doctrinam infallibilem: quantâ promptitudine ego, & ipsi Belgii Episcopi eam jam diu suscepimus, & promulgavimus, novit Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Santini, pervigil ille Internuntius Belgicus, & per eum Sua Sanctitas ipsa: modò agitur de Constitutionis illius executione, & observantiâ: ad eam egregiè Nos incitat Epistola Tua Pastoralis, simili zelo, quo illam urget Christi Vicarius postremis suis Literis 28. Augusti labentis anni datis, ut inferiorem Clerum, & commissas Nobis Christi oves à venenatis pascuis, & doctrinarum novitatibus sedulò arceamus, simulque Apostolicam ipsius sollicitudinem in revocandis ad saniora consilia quibuscumque diffidentibus efficacius adjuvemus: tam sanctæ voluntati obsecundantes Suffraganei Tui indubiè omnem operam,

ram, & laborem addixerunt, uti, & ego non impari desiderio, & zelo in idipsum, Deo adjuvante, allaborabo, tantò majori curâ, quantò Oves, & Pastores magnæ partis Diœcesis meæ loco, & periculo sunt propinquiores, non tantùm Schismaticis Pontificiæ Constitutionis contemptoribus vicini, sed ipsis hæreticis commixti: attamen in ejusmodi discrimine, nè hætenùs in tota mea Diœcesi novi subditos Catholicos, aut Pastores, qui de erroribus Jansenii, aut Quesnelli vel eminùs sint suspecti, quos scilicet, nec ego, nec Prædecessores mei, Internuntii Belgici, & Apostolicâ indagatione selecti, umquam ad Curam animarum admiserunt, nisi probè novissent, eos, seù in particularibus Seminariis, seù in Universitatibus, præcipuè Lovaniensi, alios non habuisse Magistros, quàm errorum similium osores, de quo omnibus Diœcesanis præcipua, & communis debet esse vigilantia: sanè famosa Universitas Lovaniensis, universale Belgii Seminarium abundat Professoribus, & Doctoribus ejusmodi, æquissimis Pontificiæ auctoritatis, ejusque Constitutionum æstimatoribus: interim nequè in ea defunt aliqui, præcipuè unus, qui non cessat illi quotidie arrodere, & etiàm in hisce circumstantiis publicè suggerere, quòd nequè moderna Constitutio *Unigenitus*, neque ullæ aliæ Bullæ, licèt Dogmaticæ, Catholicos obligent, antequàm à Consiliis Regiis sint placetata, invitis, & id nolentibus Supremis ipsorum Consiliorum, & Belgii Principibus: fundamentum latissimum hujus, similiumquè assertionum posuit in famoso suo Libro, cui titulus, *Jus Ecclesiasticum Universum*, titulo de Jurisdictione Ecclesiastica; ubi Vir ille Ecclesiasticus ex Petro Cunerii, & Molinæo docet, quòd nequè Ecclesiæ, nequè Episcopis ejus propria sit Jurisdictio, sed precaria dum-

dumtaxat, qualem Principes Sæculi ipsis crediderunt, atque concesserunt, & sparsim alibi hisce pejora: cum verò ante ipsum nullus omninò Author Belga, neque Laicus, neque Ecclesiasticus hactenùs hanc Doctrinam adduxerit in Belgium, optandum est summoperè, ùt hoc novo fermento purgetur fœcundum Belgii Seminarium Universitas Lovaniensis: hoc opus, hic labor etiam nunc tuus est, Præful Excellentissime. In hoc voto permaneo profundâ veneratione. Mechliniæ 8. Decembris 1718. Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Vestræ Dominationis Excellentissimæ, & Reverendissimæ, Humillimus, & Obsequentissimus Famulus. *Erat signatum.* P. GOVARTS Vicarius Apostolicus Buscoducensis.



EXEMPLAR RESPONSI

*Amplissimorum Dominorum Vicariorum
Generalium Sedis Vacantis Iprensis.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

S Anctissimi Domini Nostri Clementis Epistolam Catholicam, & Vestram Pastoralem æquè amplexi sumus: & jam indè iteratum Fidei nostræ, & lætitiæ Testimonium hujus Diœcesis Fidelibus dedissemus, si eorum incredulitas eo adjuvari, vel Fides roborari exigeret. Verùm, quod Nos summoperè delectat, in hac ipsa Sede, à quâ error quodammodò sumpsit exordium, neminem scimus, qui Doctrinam Jansenii de Gratia Salvatoris, & non potiùs obedientiam, & submissionem ejus ergà Summum Christi in Terris Vicarium constanter sequatur. Obmuffitarunt quidè contrà Con-
stitu-

stitutionem Apostolicam *Unigenitus* pauci Sacerdotes : sed, ut primùm hoc Nobis innotuit, ipsi eos adivimus, & si corda eorum, quæ intuetur Deus, non convertimus, saltem ora ita obstruximus, ut non modò silentii reverentialis, sed debitæ quoque obedientiæ certa pignora retulerimus. Atque hoc pacto factum est, Excellentissime Domine, ut nulli, quod sciamus, in hac Diœcesi supersint, qui dictæ Constitutioni palàm contradicere audeant, clam verò, quod vix præsumimus, paucissimi. Hæ sunt Excellentissime Domine, atque aliæ quædam hujus Sedis, & temporis circumstantiæ, quæ Zelum nostrum in silentio, & pace attemperant. Si nihilominus Excellentiæ Vestræ visum fuerit, ut Epistolam aliquam, seu mandatum publicemus, ad amissim obsequemur. Intereà faxit Deus, ut in aliis Vestræ Provinciæ Diœcesibus, & præsertim in Vestra tam reverentè, tamque fidelitè recipiantur Ecclesiæ circa Bajanismum, & Jansenismum Constitutiones, quam in hac receptæ sunt, & dum jussa Vestra avidè expectamus, summâ reverentiâ permanemus. Ipris 27. Novembris 1718. Excellentissime ac Reverendissime Domine, Vestræ Excellentiæ Humillimi, ac Obsequentissimi Servi, Vicarii Generales Sedis Iprensis Vacantis. De Mandato. *Erat signatum.* F. J. MATHEWE *Secretarius.*

EXEM-

EXEMPLAR EPISTOLÆ

Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis ad Amplissimos Dominos Abbates.

Admodum Reverende, ac Amplissime Domine

EA, quam diù vidi, & acerbè ingemui ex scandalosa paucorum in Gallia Episcorum appellatione ad Concilium Generale animarum perniciem in hâc meâ Diœcesi imminere, me pridem impulit, ut prò munere meo Pastoralis vel minimum tanti mali periculum ab ovibus curæ meæ concreditis averterem: atque ideo scripsi sæpiùs, urfi, institi apud Sanctissimum Dominum, ut Gallorum dissensionibus finem imponeret; quod prò Paterna sua sollicitudine, & vigilantia se præstiturum addixit: Quare, ubi ad aures meas pervenit, quid Sanctitas Sua de Refractariorum illorum contumaciâ Romæ edixerat, Epistolam Pastoralem publicavi, quam in Amplissimæ Dominationis Vestræ manus hisce acclusam libentissimè consigno; & cum nota mihi sit puritas Fidei, & zelus, quo ardet Amplitudo Vestra, quo-què laborare singulos Abbatia suæ Religiosos confido, nullus dubito, quin hanc meam Epistolam Pastoralem gratantèr acceptet, eâque occasione suæ erga Sanctissimi Domini Nostri ex Cathedra decidentis Bullam *Unigenitus* omnimodæ obedientiæ testimonium edere gloriatur. Et solito cultu subscribor. Mechliniæ 14. Novembris 1718. Admodum Reverendæ, ac Amplissimæ Dominationis Vestræ, Humillimus Famulus. *Erat signatum.*
THOMAS Archiepiscopus Mechliniensis,

EXEM-

EXEMPLAR EPISTOLÆ

Amplissimi Domini Præpositi, & Vicarii Generalis Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis in Abbatia Affligheniensi, Mensæ Archiepiscopali unitâ, Reformationis Ordinis Sancti Benedicti.

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

E Pistola Pastoralis ab Excellentia Vestra, vèro Pastore emanata; corda nostra inenarrabili lætitiâ replevit. Ex illâ enim innotuit, membra tam illustri Capituli dignissimo suo Capiti felici concordia adunata. Lætitiam adauxerunt Literæ ab Excellentia Vestræ Secretario D. de Ruddere ad Nos 4. hujus datæ; è quibus cognovimus R.R. Adm. D.D. Pastorum zelum, qui Pastoris sui voci obaudientes, magnis & honori & favori sibi duxerunt, suâ sponte posse Literæ Pastoralis suprâ laudatæ, & numquam satis laudandæ subscribere. Nos Excellentia Vestræ non minoris submissionis vinculo colligati, eandem humillimè expetimus gratiam. Non quòd tenuitatis Nostræ immemores, viris eruditione & experienciâ consummatis, Nos æquiparare præsumamus, sed ut testimonium in veritate non fictâ Nobis perhibere liceat debitæ observantiæ, & omnimodæ obedientiæ, tum ergà Sanctissimum Patrem Nostrum Clementem XI. Summum in Terris Christi Vicarium, per cujus os Dominus locutus est, tum ergà Excellentiam Vestram, Pastorem nostrum vigilantissimum. Liceat ergò per
aman-

amantissimum Patrem filiis demonstrare, nullam
 Nos velle communionem cum Sanctæ Ecclesiæ per-
 tinaciter rebellibus, Pastoralis Excellentiæ Vestræ
 Epistolæ subscribendo. Eiusdem tamen Excellen-
 tiæ Vestræ vestigiis inhærentes, & charitatem
 æmulantes, Patrem luminum deprecamur, ut ho-
 mines errori subjectos, & ad sobrietatem non fa-
 pientes, gratiæ suæ radiis illustret, ut ad unitatem
 Ecclesiæ reversi, ejusdem summi Speculatoris Bul-
 lam *Unigenitus* amplectentur, & ulterius Unigeniti
 Filii Dei, Domini Nostri Jesu Christi tunicam scin-
 dere abstineant. Hoc voventes profundissimâ de-
 missione subscribimus & huic Epistolæ, & (si per
 Excellentiam Vestram liceat) Epistolæ Pastoralis
 Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Ex-
 cellentiæ Vestræ Humillimi, & obedientissimi Fa-
 muli, & subditi. *Erat signatum.*

Fr. Odo Præpositus.

F. Gregorius Baston Supprior.

F. Petrus van Hove senior.

F. Æmilianus de Wyse Scriba Capituli.

F. Rupertus Fariseau Cantor.

F. Maurus Lanen Cantor.

F. Amandus Ebberecht.

F. Hieronymus de Wolf Syndicus.

F. Ambrosius Appelman Sacrista.

F. Radulphus Crucken Novitiorum Director.

F. Norbertus le Riche Æconomus.

F. Godefridus Collier Hospitalarius.

F. Columbanus Pauwelaut Infirmarius.

F. Benedictus de Zuttere.

F. Dominicus van Meerbeeck.

F. Franciscus Baetselier.

F. Placidus Limnander.

F. Josephus de la Court.

F. An-

F. Anselmus de Pestere.

F. Bernardus Verspecht.

Actum in Capitulo Afflighenienſi 8. Novembris 1718. ſic eſt quod atteſtor.

F. Æmilianus de Wyſe Scriba Capituli.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Admodum Reverendi Domini Prioris,
& Religioſorum Abbatia Afflighenienſis
in Prioratu Wavrieniſi commoran-
tium.*

Excellentiſſime, ac Reverendiſſime Domine

NOS Prior, & cæteri Religioſi Afflighenienſes
Ordinis Sancti Benedicti in Prioratu Baſſ-Wa-
vrieniſi reſidentes, concordantes Confratribus No-
ſtris Afflighenienſibus, ut manifeſta ſit debita, &
omnimoda Noſtra reverentia, & obedientia erga
Sanctam Sedem, & Summum Chriſti in Terris
Vicarium (per ejus os Dominus locutus eſt &
ex quo infallibiles morum, doctrinæque Regulas
omni ſubmiſſione ſuſcipimus) declaramus, Nos Con-
ſtitutionem Sanctiſſimi Patris Noſtri, quæ incipit,
Unigenitus Dei Filius ambabus ulnis, corde, & ani-
mo amplexari, & Epistolæ Paſtorali tantis zelo,
religione, & ſapientia ab Excellentiâ Veſtrâ ema-
nata, profundiffimâ veneratione ſubſcribere, pro-
teſtantes nullam Nos communionem velle cum
Eccleſiæ Capiti perduellibus, donè reſipiscant,
& præfatae Conſtitutioni omnimodè, & abſquè
fuo ſeſe ſubjiciant, poteſtati à Deo conſtitutæ
non

non

non resistentes, & nefando Schismate Jesu Christi Tunicam scindere abstineant, in quem finem preces, Sacrificiaque Nostra omnipotenti Deo (qui potens est Rebelles etiã Hominum ad se propitius convertere voluntates) offerre non cessamus. Patere Excellentissime, ac Reverendissime Domine, ùt hanc nostram submissionem hãcce declaratione Excellentia Vestrae manifestemus, rogantes vitæ, necisque Dominum, ùt Excellentiam Vestram Ecclesiae, & Nobis quàm diutissimè sospitet, & incolumem fervet. Sic voventes profundâ humilitate subscribimur. Datum in Prioratu Nostrò Bass-Wavriensi hãc vigesimâ Decembris annî 1718.

F. Robertus Van Velde Prior Bass-Wavriens.

F. Beda Geldens.

F. Anthonius Fouvineau.

F. Carolus de Ruddere.

F. Augustinus de Cormette.

F. Ildephonsus Van Rossem.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Admodum Reverendi Domini Prioris,
& Religiosi Abbatia Affligeniensis in
Prioratu Bornhemienfi commoran-
tium.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

NOs Religiosi Affligenienses Ordinis Sancti Benedicti in Prioratu Bornhemienfi residentes, conformes Confratribus Nostris Affligeniensibus, ut

ut pateat nostra ergà Sanctam Sedem, & Summum Christi in Terris Vicarium Clementem XI. (per cujus os loquente Cœlo, fileat terra, necesse est, & ex quo infallibiles morum, doctrinæque Regulas omni submissione fuscipimus) omnimodâ reverentiâ, & obedientiâ declaramus, Nos Constitutionem Sanctissimi Patris Nostri *Unigenitus Dei Filius* ambabus ulnis, corde, & animo amplexari, & Epistolæ Pastoralis tantis zelo, religione, & sapientiâ ab Excellentia Vestra emanatæ, profundissimâ veneratione subscribere: protestantes, nullam Nos communionem velle cum Ecclesiæ Capiti perduellibus, donec resipiscant, & præfatæ Constitutioni omnimodè, & absque fuce sese subjiciant, & nefando Schismate Jesu Christi tunicam scindere abstineant: in quem finem preces, sacrificiaque nostra omnipotenti Deo (qui potens est, rebelles etiam Hominum ad se propitius convertere voluntates) offerre non cessamus. Patere Excellentissime, ac Reverendissime Domine, ut hanc nostram submissionem hâc declaratione Excellentiæ Vestræ manifestemus, rogantes vitæ, & necis Dominum, ut Excellentiam Vestram Ecclesiæ, & Nobis quam diutissimè sospitet, & incolumem servet. Sic voventes profundâ humilitate. Datum Bornhemii 24. Decembris 1718.

F. Willebrordus Risquens Prior Bornhemienfis.
F. Silvester Vasterfavens Religiosus Prioratus
Bornhemienfis.

EXEMPLAR EPISTOLÆ
Amplissimi Domini Abbatis Sancti A-
driani Gerardimontibus, Reforma-
tionis Ordinis Sancti Benedicti.

Excellentissime, ac Illustrissime Domine

Luctuosam Excellentiae Vestrae Epistolam Pa-
 storalem cum summo animi mœrore recepimus,
 & tantò magis contristati fuimus, quantò amplius
 audivimus Novatorum, & Ecclesiasticæ pacis, &
 tranquillitatis Perturbatorum contumaciam indiès
 crescere, ut etiam Summo Pontifici, Jesu Christi
 Vicario obedientiam non solùm recusent, sed etiam
 contumaciter resistant. Nos autem, volentes esse
 veri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ fideles Filii, Con-
 stitutioni *Unigenitus* debitam, & omnimodam obe-
 dientiam præstamus, & Epistolam Pastoralem Ex-
 cellentiæ Vestrae gratanter acceptamus, & amplexa-
 mur, ac eodem animo cum omni reverentiâ, &
 respectu subscribimur. Gerardimontibus 21. No-
 vembris 1718. Excellentissime, ac Illustrissime Do-
 mine. Excellentiae Vestrae, Humillimi & Obsequen-
 tissimi Famuli.

Adrianus Roelants Abbas Sancti Adriani.

F. Vedastus Van Haegben Prior.

F. Augustinus Willaert Supprior.

F. Placidus Van Bollaert Senior.

F. Æmilianus Dantoing Regens.

F. Robertus Noel.

F. Leander Cambier.

F. Bartholomæus de Hasseler Oeconomus, & Re-
ceptor.

F. Pe-

- F. Petrus Devienne.*
F. Michael de Neve.
F. Josephus de Temmerman.
F. Philippus Robarts.
F. Jacobus Schellekens Vicarius & Pastor.
F. Franciscus Vander Moesen.
F. Ægidius Vanden Hereweghen.
F. Adrianus Van Huffel.
F. Maurus Eloy.
F. Amandus Coppens.
F. Gregorius Miele.
F. Ambrosius Collage.
F. Joannes d' Henau.




EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Eenamensis
Ordinis Sancti Benedicti.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

Reverendissimas Vestras 14. hujus ad Nos datas, & omni apud omnes verè Catholicos (præsertim superiores, Pastores, & quoscumque animarum curâ gravatos) veneratione dignissimas lætanter recepi, & in iis videre gavissus fui Excellentia Vestrae erga Agnos, & Oves, sibi à supremo omnium Pastore concreditas, amorem, ac sollicitudinem verè Pastoralem. Deus Creator, & Pastor omnium dignetur pientissimis conatibus vestris manum præbere auxiliatricem ac fortem, ut, remotis dissentionum omnium alicubi ad pertinaciam usque ferventium scopulis, cursum habeant in turbulento hoc Æquore fluidum, & finem bonorum omnium votis jam diutissimè expetitur, sed (proh dolor) non-

dum obtentum, id est, tranquillitatem in Populo, & pacem, puram, & avitam fidem, denique cum in omnibus, tum in Ecclesiasticis, ac Superioribus subalternis erga Supremum Ecclesiæ Caput sine obstinatione, aut tergiversatione reverentiam plenam, & obedientiam verè Filialem. Sic ego, sic Religiosi mei, ac Domestici vovent sine exceptione omnes, rogamusque Clementissimum Dominum, ut & Excellentiam Vestram, & Sanctissimum Patrem Nostrum Clementem (cujus Bullam *Unigenitus* veneramur ad apicem) Ecclesiæ suæ bono quàm diutissimè fervet incolumes. In hoc voto sisto, & fideliter signo, quòd sim Sanctissimi Patris Nostris præfati observantissimus Filius, & Excellentissime ac Reverendissime Domine, Excellentiæ Suæ, Humillimus, ac Obsequentissimus Servus. *Erat signatum.* L. DE REYNGODT Abbas Eenamensis. Eenam. 23. Novembris 1718.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

Amplissimi Domini Abbatis Grimbergensis Ordinis Præmonstratensis.

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

Cum inviolabilis Sanctæ Sedis Apostolicæ Auctoritas, ac Summi Pontificis in materia Fidei, & morum definitis Infallibilitas jugiter à Schola Nostra Theologica agnita fuerit, & propugnata, felices Nos censemus, plurimumque honoratos, dum laudatissimo Excellentiæ Vestræ zelo in causâ tam justâ utcumque cooperamur. Eapropter promptissimâ voluntate signavimus declarationem, quam D. Prior Noster Excellentiæ Vestræ con-

consignabit. Spero non displicituram, Deumque rogans, ut Excellentiae Vestrae zelum supernis benedictionibus cumulet, Sacras ejusdem manus reverenter exosculatus, demissè subscribor. Grimbergi 18. Novembris 1718. Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Excellentiae Vestrae, Humillimus, & Observantissimus Famulus. *Erat signatum.* F. AUGUSTINUS Abbas Grimbergensis.

NOs infra scripti Abbas, & Canonici Præmonstratenses Ecclesiae Grimbergensis submissam Nobis Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis Epistolam Pastoralem, datam 17. Octobris 1718., reverenter suscepimus, in qua dignissimi Antistitis Nostri zelum pro supremâ Sanctae Sedis Apostolicae auctoritate uti luculenter expressum invenimus, & impensè laudavimus, ita eidem Excellentissimo Domino, cæterisque Orbis Catholici Antistitibus universis, pauculis dumtaxat exceptis, Nos jungentes, Sacrosanctae Sedi Apostolicae, ac Sanctissimo Domino Nostro Clementi XI, tamquam immobili Fidei Fundamento (ut Sanctus P. Augustinus loquitur) Petrae, quam non vincunt superbae inferorum portae, ac Catholicae Unitatis Centro firmissimè adhæremus, ut genuinos SS. PP. Augustini, & Norberti Filios decet, quorum ille per Romana rescripta causam *finitam* esse reclamantibus Pelagianis respondebat; Hic verò extinctioni Schismatis Petri Leonis zelosissimè cooperatus, restituto Innocentio II. legitimo Pontifice, Româ Magdeburgum redux, paulòque post gravi ægitudine per menses quatuor correptus, obsequio S. Sedis quodammodo immortuus fuit. Horum vestigia feliciter presserunt Beati Confratres Nostri Adrianus, & Jacobus Martyres Gorcomienses; quibus & Nos pro debito insistentes, &

nuperi Nostri Capituli Provincialis legitime appro-
 bati mandato obtemperantes, quo præcipitur, ut
 Decreta Sedis Apostolicæ in materia Fidei, & mo-
 rum reverenter suscipiantur, & religiosè obser-
 ventur, Constitutionem Sanctissimi Domini No-
 stri Clementis XI, quæ incipit: *Unigenitus* &c.
 datam Romæ 8. Septembris 1713. omni cum sub-
 missione & reverentiâ purè, simpliciter, & absolute
 acceptamus tanquam Fidei Regulam irreformabi-
 lem, & à qua non liceat appellare: Ab eo scilicet
 præscriptam, ad quem pertinet, ut loquitur An-
 gelicus Doctor, *finaliter* determinare ea, quæ sunt
 Fidei, ut ab omnibus *inconcussa* fide teneantur.
 Hanc omnimodam, debitamque Apostolicis De-
 cretis in materia Fidei, & morum obedientiam,
 dum à Nobis semper præstitam fuisse, modò præ-
 stari, & per Dei gratiam semper præstandam esse
 publicè declaramus, ac, ut ab omnibus præstetur,
 ardentè optamus, Sanctissimo Domino Nostro
 Clementi XI, quâ possumus demissione, & reve-
 rentiâ dicimus, quod olim ejus Prædecessori San-
 ctus Hieronymus. Nos nullum primum nisi Chri-
 stum sequentes, Beatitudini Tuæ, id est, Cathedræ
 Petri communionè consociamur; super illam Pe-
 tram ædificatam Ecclesiam scimus. Quicumque
 extra hanc Domum Agnum comederit, profanus
 est. In quorum fidem has capitulariter congregati
 signavimus, hâc 17. Novembris 1718.

F. Augustinus Abbas Grimbergensis.

F. Franciscus Casens Prior.

F. Bernardus Van Linthout Supprior.

F. I. Paon Pastor Grimbergensis.

*F. Marinus Vanden Bemden Expastor in Ruys-
 broock.*

F. Philippus de Casmeyer Provisor.

F. Ser-

- F. Servatius Vander Heyden Magister Novitiorum.*
F. Georgius Vander Veken S. T. Lector.
F. Rumoldus Bianco Vice-Pastor Grimbergensis.
F. Ludovicus Maluin Circator.
F. Paulus Leypiers Provisor.
F. Josephus Van Nethen.
F. Norbertus de Broë.
F. Carolus Narez Cellarius.
F. Joannes Chrysostomus Grondoni.
F. Balthazar Vanden Elsken.
F. Vitalis Moreau.
F. Augustinus de Munck.
F. Melchior Penninck.
F. Martinus Van Gallebaert.
F. Joannes Baptista Sophie.
F. Alexander Colins.
F. Judocus Van Neghen.
F. Franciscus Marsille.
F. Thomas de Vel.
F. Petrus Vander Elst.
Locus ✠ Sigilli.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Parthenensis
Ordinis Præmonstratensis.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

CUM debitâ veneratione recepi illam, quam
Excellentia Vestra Nobis mittere dignata est,
& indolui maximè, audiens Gallorum contumaciam,
Sanctissimo Domino se opponentium, ex qua non
sine fundamento schisma in Ecclesia oriturum, ti-
mendum, quod Deus Optimus Maximus solitâ suâ

clementiâ avertere dignetur, nè portæ Inferi præ-
valeant adversus eam : & eapropter Epistolam Pa-
storalem Nobis missam, libentissimè, & gratanter
accepto, meque obedientem Ecclesiæ Filium omni
datâ occasione ostendam, meosque tum verbo,
tum exemplo præcedere conabor, qui dum Sanctis-
simo Domino Nostro, & Excellentia Vestra longos
& salutare annos apprecor, ex animo, cum
humili submissione subscribor. Parcho 19. Novem-
bris 1718. Excellentissime, ac Reverendissime Do-
mine, Excellentissima, ac Reverendissima Gratia
Vestra Humillimus, ac Obsequentissimus Servus.
Erat signatum. F. PAULUS Abbas Parchensis.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Heylisse-
mensis Ordinis Præmonstratensis.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

EAs, quas Excellentia Vestra ad me dirigere
placuit, gratissimè accepto, uti omnes & sin-
guli Confratres mei cum reverentiâ, & perfectâ
submissione acceptant : Sanctissimi Domini Nostri
ex Cathedra decidentis, Bullam *Unigenitus*, una-
nimiter in omnimodæ obedientiæ testimonium am-
plecti, & profiteri gloriamur, ac de Paterna, &
Pastorali Curâ prò me, meisque habitâ gratias agens,
cum profundo respectu & reverentiâ subscribor,
Heylissemii 21. Novembris 1718. Excellentissimi,
ac Reverendissimi Domini Obedientissimus Famu-
lus. *Erat signatum. F. GABRIEL Abbas Heylisse-
mensis.*

EXEM-

EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Tongerloensis
Vicarii Generalis Ordinis Præ-
monstratensis.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

EXcellentissimæ Gratiaë Vestraë Literas cum ac-
clusa Epistola Pastoralis pergratanter, ac sum-
mâ veneratione recepi. Bullam *Unigenitus*, & ulti-
mas Literas ad Universos Christi Fideles de 8. Sep-
tembris à Sacrà Sede emanata, & Nobis pridem
Româ immediatè transmissa, jam dudum publicari
jussi & defendi, non solùm in Scholâ Nostrâ Ton-
gerloensi, sed & in Capitulo Nostro Provinciali hic
nuperrimè habito, in quo, consensu unanimi, om-
nes hujus Provinciaë Brabantiaë Abbates Decreta
Pontificia acceptarunt, ac mandatum desuper edi-
derunt hisce verbis: *Mandat insuper (Capitulum)*
ut Decreta Apostolicæ Sedis in materia Fidei, & mo-
rum omnes reverenter suscipiant, & religiosè obser-
vent. Interim orabo Patrem Misericordiarum, ut
à Nobis avertat Schismata, sed servemus unitatem
Spiritûs in vinculo pacis, & profundissimo respec-
tu, ac veneratione subscribor. Tongerlo 20. No-
vembris 1718. Excellentissime, ac Illustrissime
Domine, Excellentissimæ Vestraë Dominationis,
Humillimus, ac Obsequentissimus Famulus. *Erat*
signatum. GREGORIUS Abbas Tongerloensis.

EXEM-

EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Bernensis
Ordinis Præmonstratensis.*

Reverendissime, ac Excellentissime Domine

QUandoquidem Sanctissimus Dominus Noster Clemens Papa XI. pro vera paterna charitate sua aliquibus jam annis nil non summâ vigiliantia, & sollicitudine egerit, ut Rebelles, & Refractarios suæ Constitutioni *Unigenitus* ad obedientiam & unionem Ecclesiæ reduceret, imo nil intactum reliquerit, quod Christiana, Paterna, & Pontificia sapientia, & charitas excogitare potuit, quod non omni sollicitudine, studiis, laboribus, suasionibus, adhortationibus, mandatis, precibus, ac minis adhibuit: sed quia incredibili lenitate, ac patientiâ tot annis expectans, nil profecit, victus aliquorum Antistitum audaciâ, & contumaciâ, ne malum indiès in pejus vergeret, Apostolicum Breve Spiritu Sancto plenum contra Refractarios illos ac Rebelles cujuscumque statûs, gradûs, Ordinis, dignitatis illi sint, Reverendissimæ, ac Excellentissimæ Gratia Vestrae transmisit, in quo disertissimè profitetur, & declarat, se Rebelles illos, ut veros Romanæ Ecclesiæ Filios non agnoscere, neque Cathedræ Beati Petri adhærere, nec cum Ecclesia communionem Ecclesiasticam illis exstituram.

Quamprimùm Breve hoc Apostolicum Sua Reverendissima & Excellentissima Dominatio accepit, pro sua vigilantia per Pastoralem Epistolam id inter cæteros Nobis significare dignata fuit, simulque hortata, ut hâc occasione omnimodæ obedientiæ pro Bulla *Unigenitus* testimonium dare vellemus, quod hisce promptissimè, & libentissimè facimus.

Declaramus ergo, Nos Bullam *Unigenitus*, ut supra, verè, & sincere admittere, & omnimodam illi obedientiam spondemus, quia per Sanctissimi Domini Nostri Clementis XI. os in hac Bulla Sanctum Petrum locutum credimus. Vilvordiae 23. Novembris 1718.

F. Leonardus Abbas Bernensis.


F. Franciscus Greveraet Expastor.

F. Gerlacus Van Malsen Provisor Bernensis.

Bullam *Unigenitus* verè, & sincere admitto.

F. Gisbertus de Veer Religiosus Bernensis.

Plures Excellentissime Domine ex Nostri Religiosis in hac Vestra Diocesi non sunt, sed cæteri omnes in Majoria Sylvæducenti, qui absque dubio dum à suis respectivè Decanis, vel Vicario Apostolico requisiti erunt, libentissimè subscribent. Si sua Excellentia à Nobis aliud requirat, protestor, quòd omnimodè conabor satisfacere, qui in omni respectu, & affectu subscribor Excellentissime Domine. Vilvordiae 24. Novembris 1718. Suxæ Reverendissimæ, & Excellentissimæ Dominationis, Humillimus, & devotissimus Famulus. *Erat signatum.* F. LEONARDUS Abbas Bernensis.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Ninhovienensis
Ordinis Præmonstratensis.*

Excellentissime, ac Illustrissime Domine
PRælectâ Epistolâ Pastoralis dilectissimis Confratribus meis tam Beneficiatis, quàm Conventualibus, quam Excellentia Vestra ad Nos mittere dignata

dignata est, ejusdem zelo prò decisionibus Sanctæ Sedis plurimum collaudato, signarunt animo promptissimo declarationem hisce acclusam, quam dum Excellentia Vestra æquissimo desiderio, haud difformem confido, eidem cum reverentiâ præsento, unà cum precibus, & sacrificiis nostris; & in voto prò sempiternâ felicitate suâ semper futurus, subscribor. Nihov. 7. Decembris 1718. Excellentissime, ac Illustrissime Domine, Excellentia Vestra, Humillimus, & Obsequentissimus Servus. *Erat signatum, FERDINANDUS Abbas Nihoviensis.*

NOs infra scripti Abbas, Prior, Subprior, Pastores, Beneficiati, & Canonici Ordinis Præmonstratensis, Ecclesiæ SS. Cornelii, & Cypriani Nihoviensis, susceptâ gratanter Epistolâ Pastoralis Excellentissimi, ac Illustrissimi Domini Archiepiscopi Nostri Mechliniensis, ejusdemque excitati zelo prò supremâ S. Sedis Apostolicæ autoritate, hisce publicè declaramus, Nos indivulsè adhærere, & per Dei gratiam constantissimè semper adhæsuros dictæ Sanctæ Sedi, ad quam (Sancto Cypriano teste) perfidia non potest habere accessum, & Sanctissimo Domino Nostro, Domino Clementi Papæ XI., quem tamquàm supremum Christi in Terris Vicarium Apostolatûs Principatu cuilibet Episcopatu præferendum (itâ nos edocente S. Patre Augustino) in quo primatus Apostolorum excellenti gratiâ præeminet, summâ demissione veneramur. Eapropter, sicut omnes Constitutiones Dogmaticas Summorum Pontificum semper suscepimus, itâ modò dicti Sanctissimi Domini Nostri Constitutionem, quæ incipit. *Unigenitus*, datam Romæ 8. Septembris 1713., tamquàm verissimam fidei Regulam suscipimus, eidemque omnimodam, ac debitam obedientiam promptissimè addicimus juxtâ man-

mandatum Capituli Nostri Provincialis hoc anno celebrati, quo præcipitur, ut Decreta Sanctæ Sedis Apostolicæ in materia Fidei, & morum reverenter suscipiantur, & religiosè observentur; dicimusque adeo: Os Domini locutum est, conticescat os loquentium iniqua: Et cum Hieronymo, non novimus Vitalem, Meletium respuimus, ignoramus Paulinum, quicumque cum Romano Pontifice non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Anti-Christi est. In quorum fidem hisce capitulariter congregati promptissimè subscribimus, hâc 7. Decembris 1718.

- Ferdinandus Abbas Ninoviensis.*
Oliverius Vasterfavens Prior.
F. Cyprianus Vander Haeghen Supprior.
F. A. De Pape.
S. Vanden Driessche Pastor Ninoviensis.
F. Van Damme Pastor in Liedekercka.
F. Petrus Baccart.
F. M. De Coen Pastor Lombecæ Castri.
F. N. Wandelaerts Cellarius.
F. A. Maetens Sacrista.
F. H. De Craene Pastor in Pamel.
F. B. De Mey.
F. D. Sterck Provisor Ninoviensis.
F. Van Hamme Pastor in Voorde.
F. Hermannus Josephus Berghs Pastor in Okeghem.
F. C. Nolan.
F. Gregorius Vanden Bogaert.
F. Hieronymus Heubens S. T. Professor.
F. J. Lenclas.
F. G. Van Mol, Vicarius in Lombecâ Castri.
F. Placidus de Hert.
F. Paulus Lenis Sacerdos.

F. Joan-

*F. Joannes Vanden Borre Vice-Pastor Oppidi Nin-
hoviensis.*

F. Dionysius Vanden Kerckhoven.

F. Sebastianus de Cort.

F. Philippus Roberecht.

F. Judocus Vasterfvens.

F. Cornelius Dhanins.

F. Dominicus Van Ghindertaelen.

F. Jacobus Vander Ween.

F. Antonius de Maseneer.

F. Emmanuel Ghiselin.

F. Remigijs de Poorter.

F. Ferdinandus Godier.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Amplissimi Domini Abbatis Sanctæ Ger-
trudis, Ordinis Canonorum Regula-
rium Sancti Augustini, Lovanii.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

HEri vesperi cum omni veneratione recepi Epi-
stolam, quâ Sua Excellentia me honorare di-
gnata est, cum acclusa sua Pastoralis Epistola circa
Constitutionem Suæ Sanctitatis, quæ incipit : *Uni-
genitus*. Indilatè communicavi Confratribus Nostri-
capitulariter convocatis, & desideratum Testimo-
nium à me, & Religiosis Nostri professis, & hîc
residentibus signatum hisce accludo. Confidens,
quòd Sua Excellentia non intendat, ut idem pro-
curem à Religiosis foris degentibus, quippè qui in
suis respectivè Collegiis, aut Pastoratibus jam tum
dederunt, vel dabunt; sumus enim boni Catholici,
& Obedientes Sanctæ Sedis Filii, uti etiam cum
omni

omni observantiâ, & respectu. Lovanii 16. Novembris 1718. Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Vestræ Excellentiæ, Servi Humillimi, & Obedientissimi. *Erat signatum. A. DE PALLANT Abbas Sanctæ Gertrudis.*

NOs infra scripti Abbas, & Canonici Regulares Abbatie Sanctæ Gertrudis in Lovanio. Visâ Epistolâ Pastoralis Excellentissimi, ac Illustrissimi Domini Archiepiscopi Nostri Mechliniensis de die 17. Octobris ultimo elapsi, circa Constitutionem SS. D. N. Clementis Papæ XI, quæ incipit *Unigenitus*, declaramus, & profitemur, Nos cum omni veneratione eandem Constitutionem amplexos, atque in omnimodæ obedientiæ Testimonium Nos illi purè, ac simpliciter submittere. In cujus fidem subsignavimus hâc 16. Novembris 1718.

Alexander de Pallant Abbas Sanctæ Gertrudis.

G. De Herzelles Prior Gertrudanus.

J. De Geloës Supprior.

Jac. D. A. Wachtendonck.

Georgius de Neverlee.

M. De Baexen Provisor.

R. De Voordt.

Damant.

A. De la Kethulle.

EXEM-


EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Circularis Missæ ad Archipresbyteros
Rurales, & (mutatis mutandis) ad
Amplissimum Dominum Archipres-
byterum Metropolitanum, & ad
Capitula Ecclesiarum Collegiatarum
Diœcesis Mechliniensis.*

Reverende Domine

EX debito Nostro conservandi Sacro-Sanctæ Fi-
dei Depositum, emanavit Epistola Nostra Pa-
storalis, cujus acclusa Exemplaria Reverentiæ Ve-
stræ transmittimus, ut singulis Districtûs sui Pasto-
ribus, aliisque ea communicet. Per hanc Episto-
lam Nostram subditis Nostris exponimus, quo loco
habeamus, ipsique habere debeant, ad nostrum,
omniumque Episcoporum Orbis Catholici (paucis
in Galliâ exceptis) ipsiusque Summi Pontificis
Exemplum Refractarios illos, qui, omnimodam
obedientiam præstare recusantes Constitutioni *Uni-
genitus*, Ecclesiam turbare tentant nefando Schif-
mate. Constitutio hæc *Unigenitus* acceptata est pri-
dem, & legitimè publicata, non tantum in Diœ-
cesi hæc Nostrâ de Mandato Reverendissimi tunc
Vicarii Generalis Capitularis Sede Vacante, sed
& ab omnibus Illustrissimis, & Reverendissimis
Belgii hujus Episcopis in suis respectivè Diœcesi-
bus; atque ideo ab omnibus Nostris subditis eam-
dem Constitutionem, eâ, quâ par erat, obedi-
entiâ acceptatam fuisse, non dubitamus. Nota insu-
per Nobis est puritas Fidei, & zelus, quo laborat
Reverentia Vestra (idemquè de singulis Districtûs
sui

ſui Paſtoribus in Domino confidimus) ut oves ſibi
 commiſſæ non excurrant ad venenata paſcua, & nè
 aures præbeant Lupis ovinâ pelle veſtitis. Hæc ea-
 dem, & puritas Fidei, & veſtrûm omnium zelus
 Nos inducunt, ut planè confidamus, Greges Ve-
 ſtros prædictorum Refractariorum ſcandala igno-
 rare, unde illud præcipuum Curæ Veſtræ, Paſto-
 rumque Diſtrictûs tui eſſe debet, ut Populum
 Vobis creditum, & ignorantem, ubi opus fuerit,
 inſtruant, & confirment privatim; cùm non ex-
 pediat è ſuggeſtu denuntiare ſcandala illa, & offen-
 ſiones Refractariorum, nè inculta plebs, ad ma-
 lum proclivis, in periculoſam fortè inducatur cu-
 rioſitatem, incipiatque amare quod nescit, aut imi-
 tari quod hætenùs deſlectit. Dum hæc de ſolitâ
 veſtrâ ſollicitudine expectamus, toto corde ſubſcri-
 bimur. Mechliniæ 26. Octobris 1718. Reverentiæ
 Veſtræ, Addictiſſimus. *Erat ſignatum.* THOMAS
Archiepiſcopus Mechlinienſis.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Ampliſſimi Domini de Coriache Archi-
 presbyteri Metropolitanæ Eccleſiæ
 Mechlinienſis, nec non Magni Conſilii
 Sæ Cæſareæ ac Catholicæ Majeſtatis
 Conſilarii.*

Excellentiſſime, ac Reverendiſſime Domine

Juxtâ mandatum Excellentiſſimæ Dominationis
 Veſtræ incunetanter per Diſtrictum meum cu-
 ravi diſtribui Epistolam ejus Paſtoralem, quoad
 receptionem Conſtitutionis Apoſtolicæ Sanctiſſimi
 C Domini

Domini Nostri Clementis XI. *Unigenitus*. Et tantò id feci libentiùs, quòd per hoc viderim confirmari, quæ facere inceperam, dùm adhuc existerem Vicarius Generalis hujus Diocæsis Archiepiscopalis Vacantis.

Quàm citò enim Illustrissimus in hisce Partibus Internuntius Constitutionem illam mihi tradiderat adhuc existenti de Consilio Statûs ad Regimen hujus Belgii Austriaci commisso, eam prò debito meo, & juxtà id, quod moris erat, communicavi reliquis Consiliariis de eodem Consilio mecum existentibus.

Quibus, habito priùs Judicio Illustrissimorum hujus Belgii Episcoporum, simul & Dominorum Vicariorum Capitularium, ubi Sedes Episcopales erant vacantes, cùm persuasum esset, Constitutionem illam non esse, nisi merè Dogmaticam, censerunt, illam per Consilii Secretarium, juxtà veterem stylum, ad prædictum Illustrissimum Internuntium esse remittendam, qui eam ad Ordinarios publicandam, more solito, posset dirigere.

Quæ cùm deindè ad me, uti prædicto munere Vicarii Generalis adhuc fungentem, per eundem Dominum Internuntium submissa fuisset, eandem mox per hanc Diocæsim publicavi, & in locis solitis affigi curavi, absque eò, quòd aliqui in hac Diocæsi ejusdem receptioni, aut publicationi palam se opposuerint, aut contradixerint, vel aliquod vicinorum Gallorum obtreçantium exemplum secuti fuerint.

Nequæ expectavi, quòd umquam aliquis in hisce Partibus id ausus fuisset facere, in quibus maxima semper, & inviolata ergà Summos Pontifices, Ecclesiam universaliter in Fide, aut moribus instruente, observantia exhibita fuit.

Scimus enim omnes auctoritatem illam, quæ à Christo

Christo Petro data fuit, quando super ipsum fundavit Ecclesiam, non propter ipsum solum, sed propter totius Ecclesiae commune bonum, ipsi collatam fuisse.

Petro quidem fuit concessa, non tamen, ut cum Petro moreretur, qui post paucos annos deficere debebat, ac mori; sed ut in Successoribus ejus apud Ecclesiam militantem permaneret, quae ad finem usque saeculi duratura erat.

Nemo autem dubitat, quin in hac parte Romani Pontifices Successores ejus fuerint. Adeoque & fateri tenemur omnes, Sanctam Sedem Romani Pontificis, Petram esse illam, super quam fundata est Ecclesia, & ut Sanctus ait Augustinus, *immobile Fidei fundamentum*.

Cui reliqui omnes consonant Sancti Patres, de quibus profecto dici non potest, quam sint effusi, in commendanda Sedis Romanae autoritate, quamque sibi placeant in quaerendis nominibus, & Titulis, quibus illam Sedem cohonestent, & depraedicent.

Præ caeteris, ad causam loquitur S. Cyprianus ad Cornelium, dum Romanum Pontificem appellat Sacerdotem Dei, & Judicem Vice Christi: *neque aliunde, ait, haereses obortae sunt, aut nata sunt schismata, quam, quod Sacerdoti Dei non obtemperetur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Judex Vice Christi cogitatur*.

Non dissimiliter loquitur S. Hieronymus ad Damasum Papam, in his terminis: *Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini Tuae, id est, Cathedrae Petri, communionem consocior: super illam Petram aedificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc Domum Agnum comederit, prophanus est. Quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.*

Quod à Sanctis Patribus tantâ consensione enuntiatum est, magnâ etiam curâ à parentibus nostris, vel cum primo lacte inculcatum fuit, & in Scholis per Magistros adhuc altiùs impressum.

Ipsæ quoque Scholæ Juris eâ in parte similem semper Doctrinam amplexæ sunt, prout expertus fui, simulatquè jurisprudentiæ in adolescentiâ meâ operam dare cœpi. Inter plures jurisperitos, qui istam Doctrinam inculcant, reperi etiam doctissimum Sabaudia Præsidentem Antonium Fabrum, qui in famoso suo ad Codicem libro, *lib. I. tit. I. de Summa Trinit. & Fid. Cath.*, tantoperè commendat inviolatam erga S. Sedem observantiam, ut circa illam defectum inter notas certas numeret hæreticorum.

Quomodò enim, inquit, ad Ecclesiam Dei pertinere poterunt, qui huic Petræ non innituntur, quæ Christi ore tantoperè commendatur?

Neque Christi oves esse poterunt, quæ à Petro pasci non volunt.

Quæ omnia si benè perpenderent vicini Refractarii, non tam luctuosa videremus inter ipsos nasci animorum dissidia, cum ingenti plurimorum Fidelium scandalo, & non minori acatholicorum in erroribus suis fomento.

Sed super omnia dolendum est, inter dissidentes illos, & non recipientes præfatam Constitutionem Apostolicam, etiam reperiri Ecclesiarum Prælatos, illos, inquam, qui in Ovili Christi Episcopali, vel Archiepiscopali præfulgent Dignitate, quos omninò deceret majori, & inconcussâ ergà Sanctam Sedem observantiâ alios præire.

Faciunt quidem ipsi magnas submissionis protestationes, verbis loquuntur in speciem multum obsequentibus, & filialem observantiam præferentibus; sed in re vel in effectu, nihil de contumaciâ suâ remittunt.

Ut

Ut contumaciam suam excusent, ad prætextus confugiunt ineptos, ad Concilium scilicet provocant generale, de quo habendo nullam vident rem propinquam, & non ignari etiam, quod hæreses, & errores absquè Conciliorum celebratione in Ecclesia Dei condemnatae fuerint.

Quid de talibus provocationibus sentiendum sit, videri potest apud præmemoratum S. Augustinum in iis, quæ scripsit ad Bonifacium Papam *lib. 4. cap. 12.*, ubi inter alia dicit: „ Aut verò Congregatione Synodi opus erat, ut aperta pernicies damnaretur? Quasi nulla hæresis aliquandò sine Synodi Congregatione damnata sit: cum potiùs rarissimæ inveniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit, multòque sint, & incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari, damnarique meruerint, atquè indè per cæteras Terras devitandæ innotescere potuerunt. Verùm istorum superbia. . . . hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis, & Occidentis Synodus congregaretur. Orbem quippe Catholicum, quoniam Domino eis resistente, pervertere nequeunt, saltem commovere conantur. Cùm potiùs vigilantia, & diligentia Pastoralis, post factum illis competens, sufficiensque Judicium, ubicumquè isti lupi apparuerint, conterendi sint, sive ut sanentur, atquè mutantur, sive ut ob aliorum salutem, atque integritatem evitentur. „

Quibus conformiter multò meliùs, quàm Refractarii nostri vicini, processerunt Patres Synodi Chalcedonensis, qui, lectâ Leonis Papæ Epistolâ, uno ore dixerunt: *Hæc Apostolorum Fides; anathema qui non ità credit, Petrus per Leonem locutus. Suspectâ subscribant Epistolæ Leonis; qui non subscribit, hæreticus est.*


Similiter loquebantur Patres sextæ Synodi, visis

Literis Agathonis. *Charta*, inquit, & *atramentum* videbatur, & per *Agathonem* Petrus loquebatur. Per *has Literas* multiplicis erroris sententiam depulimus.

Quod olim Patres locuti sunt de Leonis, & Agathonis Epistolis, cùm nos idipsum non dicamus omnes de Constitutione *Unigenitus* Sanctissimi Patris Nostri Clementis XI?

Laudanda itaque summoperè est Epistola Pastoralis Excellentissimæ Dominationis Vestræ, quia tendit illa ad Depositum Fidei custodiendum; tendit, ut hujus Diœcesis Fideles à vicino livore præserventur, & denique tendit ad Pacem, & tranquillitatem in Ecclesiâ, & Statu conservandam.

Quare illam omninò, & sine ullâ morâ per Districtum meum distribui curavi, paratus ulterius zelum Vestrum Pastorem secundare, & in omnibus ostendere, quòd plurimo profundæ venerationis cultu sum, & manebo. Mechliniæ 2. Decembris 1718. Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Excellentiæ Vestræ, Humillimus, & Observantissimus Servus. *Erat signatum.* A. I. DE CORIACHE *Archipresbyter Ecclesiæ Metropolitanae Mechliniensis.*



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

RR. Adm. DD. Pastorum Civitatis Mechliniensis ad calcem Epistolæ Pastoralis.

NOs infra scripti Pastores Civitatis Mechliniensis libentissimo animo subscripsimus Epistolæ huic Pastoralis Excellentissimi Domini Nostri, in
COR-

corpore congregati in domo Amplissimi Domini
Decani Metropolitici, die 3. Novembris 1718.
Signatum erat.

J. B. Beeckman Decanus B. V. M.
H. Stevart S. Th. L. & Pastor Majoris Begginasti.
C. Knapen Pastor SS. Petri & Pauli.
F. Coupplet S. Th. L. Pastor S. Catharinae.
*F. Vander Meeren Deservitor B. Mariæ de Hans-
wyck.*



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS
*Capituli, & Cleri B. M. Virginis in
Civitate Mechliniensi ad Calcem
Epistolæ Pastoralis.*

NOs infrascripti Præpositus, Decanus, Cano-
nici, omnisque Clerus Ecclesiæ Collegiatae,
ac Parochialis B. M. Virginis trans Dylam Me-
chliniæ, Epistolam Pastoralem Excellentissimi Do-
mini Archiepiscopi Nostri Nobis in Capitulo Ge-
nerali ad hoc convocato prælectam omni cum fi-
liali veneratione, ac debitâ obedientiâ recipimus,
promptissimoquè animo subscribimus, die 4. mensis
Novembris anni 1718. *Erat signatum.*

G. F. Huens J. U. L. Præpositus.
J. B. Beeckman Decanus B. M. V.
P. G. Vermeulen Canonicus B. M.
C. Huens Canonicus B. M.
J. A. Corten Canonicus B. M. V.
C. Roeckhoudt Canonicus B. M. V.
J. Pieraert Canonicus B. M. V.

B. Vanden Venne Canonicus B. M.

J. B. Ceusters Vice-Pastor B. M.


A. Van Leemput Vice-Pastor B. M.

F. Van Milanen Presbyter.

Jacobus Buys Phonscus.

Joannes Van Eyck.

Ex eodem Capitulo postea accessit sub hâc formulâ. *Subscribo ex animo.* THYS Canonicus.




EXEMPLAR EPISTOLÆ

Amplissimi Domini Sebastiani Vande Cruys Canonici Graduatæ Ecclesiæ Metropolitanæ, & Archipresbyteri Districtus Mechliniensis ad Occidentem.

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

EPISTOLAM Pastoralem Excellentissimæ Gratiæ Vestræ Pastoribus omnibus Districtus mei communicavi, unâque Literas directorias pro ejusdem debitâ executione, omnesquæ quâ par est veneratione eam receperunt: postmodum famâ publicâ edoctus, in Consilio Statûs præsentatum esse Libellum supplicem adversus Bullam *Unigenitus Dei Filius* sub nomine Pastorum Districtuum Mechliniensis, & Bruxellensis, ad amoliendam à Districtu meo tantæ temeritatis, & inobedientiæ infamiam, Pastores ejusdem conveni penè omnes, & uno ore declararunt, sese in Libello præfato nè vel minimam partem unquam habuisse, sed è contra præfatum Bullam dudum acceptasse, & acceptare, illique, sicut & Epistolæ Pastoralis Excellentiæ Vestræ

stræ defuper emanatæ debitam obedientiam semper exhibituros; atquè hanc declarationem jam pluri-
mi signarunt, & intrà biduum certò signabunt cæ-
teri, quos vidère licuit; die crastinâ accedam reli-
quos. Atquè interim profundissimâ veneratione sub-
scribor. Excellentissime, ac Reverendissime Domi-
ne, Excellentissimæ ac Reverendissimæ Domina-
tionis Vestræ, Humillimus ac Devotissimus Servus.
*Erat signatum. S. VANDE CRUYS Archipresby-
ter Districtus Mechliniensis. Mechliniæ 16. No-
vembris 1718.*



EXEMPLAR DECLARATIONIS

*RR. DD. Pastorum Districtus Mechli-
niensis ad Occidentem.*

CUM ad aures nostras pervenerit, à paucis in
Consilio Statûs præsentatum esse libellum sup-
plicem sub nomine DD. Pastorum districtuum Me-
chliniensis, & Bruxellensis adversus Bullam *Unige-
nitus Dei Filius*, tametsi hisce in partibus legitimè
publicatam, & acceptatam; hinc est, quòd ad a-
moliendam à nobis ejusmodi temeritatis & inobe-
dientiæ infamiam muneris nostri esse duxerimus
publicare, & declarare, uti per præsentepublica-
mus & declaramus, nos in prædicto libello nè vel
minimam partem unquam habuisse: sed è contrà
præfatam Bullam acceptasse & acceptare, illique,
sicut & Epistolæ Pastoralis Excellentissimi, & Illu-
strissimi Domini Archiepiscopi defuper emanatæ,
debitam obedientiam semper exhibituros. Actum in
conferentia nostra Pastoralis, habitâ in Domo Reve-
rendi

rendi Domini Pastoris in Puers, die 14. Mensis Novembris 1718. Erat Signatum.

D. Mehauden Pastor de Londerseel.

Simon Knapen Pastor in Lippeloo.

Franciscus Tourneur Pastor in Natten-Haesdonck,

S. N. Van Roy Pastor in Blaesveldt.

F. B. Seyens Pastor in Lizele.

N. Certon Pastor in Maldere.

Ant. Stockmans Pastor in Steenuffle,

F. Verbrugghen Pastor in Puers.

Postmodum suprascriptam declarationem signarunt
Infrascripti DD. Pastores.

Petrus Van Balen Pastor in Cappellen op den Bosch.

Michael Booxstuyns Pastor in Rymenant.

Theodorus Roelen Pastor in Keerbergen.

Gerardus Boogaerts Pastor in Schrieck, & Grootloo.

Petrus Van Brussel Pastor in Putte.

Franciscus Cornelii Pastor in Wavria B. M.

*Joannes Vanden Eynde Pastor in Wavria Sanctæ
Catharinæ.*


Erasmus Paludanus Pastor in Sempis.

F. De Keyser Pastor in Willebroeck.

F. F. Vander Heyden Pastor in Ruysbroeck.

H. Van Caverison Pastor in Ramsdonck.

Antonius Meganck Pastor in Hombeke.



EXEMPLAR DECLARATIONIS
RR. DD. Pastorum Districtus Mechli-
niensis ad Orientem.

Cum ad aures nostras pervenerit, in Consilio
Statu presentatum esse libellum adversus Con-
stitutionem *Unigenitus Dei Filius*, idque nomine
Pastor

Pastorum Districtûs Mechliniensis, & Bruxellensis: Præsentium tenore notum facimus, & declaramus, nos in eo numquam partem vel minimam habuisse, aut habere: sed omni, quâ par est, animi submissio-
ne dudum acceptasse præfatam Constitutionem, uti & recenter Epistolam Pastoralem Excellentissimi Domini Archiepiscopi, ac utrique debitam obedien-
tiam semper exhibituros. In Fidem signavimus præ-
sentes Literas, Actum 16. Novembris 1718. *Erat signatum.*

*And. Vander Elst Archipresbyter Districtûs Me-
chliniensis ad Orientem.*

A. Verschueren Pastor in Epegem.

Joannes Janssens Pastor in Peuthy.

Rumoldus Van Kiel Pastor in Melsbroeck.

Walterus Vanden Broeck Pastor in Elewyt.

S. Pâque Pastor in Percq.

P. De Merchier Pastor in Quarebbe.

S. Van Aken Pastor in Neerockerzeele.

H. Bataille Pastor in Berghe.

N. Grondoni Pastor in Steynockezeel.

P. Van Varembergh Pastor in Campenhout.

P. Peeters Pastor in Boortmeerbeke.

F. N. Danckaerts Pastor in Haeght.

F. Joannes Gilbertus Sutens Pastor in Wechter.

J. Vander Vorst Pastor in Wackerzeel.

J. B. Corthoudt Pastor in Wespelaer.

EXEM-

EXEMPLAR EPISTOLÆ

Reverendi Domini Pastoris in Erps Districtus Mechliniensis ad Orientem ad Amplissimum D. Vande Cruys.

Reverende Admodum ac Amplissime Domine

QUANTUM ad libellum supplicem Consilio Statûs exhibitum, declaro, me nihil de eo audivisse, nec in eodem ullam partem habuisse. Deindè ad placitum meorum Superiorum mitto ipsam Constitutionem, dictam *Unigenitus Dei Filius*, in facie ejusdem à me signatam, similiter Epistolam Pastoralem Excellentissimi, & Reverendissimi Domini in facie ejusdem à me signatam, rogans humiliter, quatenus meam obedientiam in iisdem signatam dignetur legere, & easdem signaturas Excellentissimo Domino, ut sunt, referre. Si quid (quod non spero) desit, rogo, quatenus dignetur Reverenda Dominatio Vestra mihi desuper significare, qui semper paratus sum, meis superioribus debite in omnibus obedire. Dabam Erps hâc 16. Decembris 1718. *Erat signatum.*

*Cornelius Van Langendonck Pastor in Erps.
Ad Calcem primi Folii Bulæ Unigenitus erat subscriptum.*

Huic Constitutioni cum omni debita obedientia me subijcio. *Cornelius Van Langendonck Pastor in Erps.*

Ad calcem primi folii Epistolæ Pastoralis Excellentissimi & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis erat subscriptum.

Infrascriptus præstabo perpetuò debitam obedientiam huic Epistolæ Pastoralis. *Cornelius Van Langendonck Pastor in Erps.*

EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Eximii & Amplissimi Domini Damen
Decani Insignis Ecclesiæ Collegiatae
Sancti Petri Lovanii, ad Excellen-
tissimum, & Reverendissimum Do-
minum Archiepiscopum Mechlinien-
sem.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

Capitulum Sancti Petri Lovanii Epistolam Pa-
storalem Excellentissimæ, & Reverendissi-
mæ Dominationis Vestræ summâ, ut par est, re-
verentiâ, recepit; & omnes Domini præsentès una-
nimi voto Constitutionem *Unigenitus* denuò accep-
tarunt, uti videre licet ex adjuncto his extracto.
Benedictus Dominus Deus, qui tam strenuum Ec-
clesiæ Belgicæ dedit Antistitem, & Primatem.
Itaque, Excellentissime, ac Reverendissime Do-
mine, confortare in Domino, & esto Vir robustus
(ignosce quæso gaudentis, & plaudentis Famuli tui
Votis) ac sub Duce Deo pro causa Dei præliare
bella Domini, & labora sicut bonus miles Christi,
aspiciens in paratam tuis laboribus, tuisque victo-
riis immarcescibilem gloriæ Coronam. Dùm sem-
piterno cordis intimi cultu subdor. Lovanii die
Sancto Carolo Borromæo sacrâ, anno 1718. Ex-
cellentissime, & Reverendissime Domine. Excel-
lentissimæ, ac Reverendissimæ Dominationis Ve-
stræ, Humillimus, & Obedientissimus Servus.
*Erat signatum. HERMANNUS DAMEN Deca-
nus Sancti Petri Lovanii.*

Extra-

Extractum ex Actis Capitularibus insignis Ecclesiæ Collegiatae Sancti Petri Lovanii, inter quæ habetur, ut sequitur sub datâ diei quartæ Novembris 1718. in Capitulo ordinario.

A Pertæ, & lectæ sunt Literæ Excellentissimi, & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis cum adjunctis exemplaribus ipsius Epistolæ Pastoralis; & omnes Domini præsentés unanimi voto denuò acceptarunt Bullam *Unigenitus*, & ordinarunt, ut ea, quæ petit Excellentissimus Dominus, executioni mandentur, & ut, tam Epistola Excellentissimi Domini manuscripta, quam Epistola ipsius Pastoralis impressa, registretur, & hæc omnia Excellentissimo Domino esse rescribenda per Reverendum Admodum, ac Amplissimum Dominum Decanum. Ità est, testor. *Erat signatum. J. B. FRANSSENS Secretarius.*



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Reverendorum Admodum Dominorum
Pastorum Oppidi Lovaniensis.*

N Os infra scripti in Civitate, & Universitate Lovaniensi respectivè Pastores, ad Epistolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini THOMÆ PHILIPPE Archiepiscopi Mechliniensis die 17. Octobris 1718. Univerſo Clero & Populo suæ Diœcesis inscriptam, debitè congregati, ac memores Juramenti nostri, quo sæpiùs in
solem-

solemni professione Fidei Romano Pontifici, Beati Petri Apostolorum Principis Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondimus, ac juravimus; moniti præterea, ac obsecuti Illustrissimo zelo, & exemplo omni acceptione digno, præfati Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Nostri, Constitutionem Apostolicam Sanctissimi Domini Nostri, Domini Clementis Papæ Undecimi, quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius*, sexto idus Septembris anno 1713. datam, uno corde, & ore, purè, simpliciter, sinè exceptione, sine explicatione, palàm amplectimur, eidemquè Constitutioni Nos integrè subjecimus, nec non centum, & unam Propositiones in eâ damnatas sinceris animis damnamus. Datum Lovanii hæc 7. Novembris anno 1718. *Erat signatum.*

Hermannus Damen Sacræ Theologiæ Doctör, Regens, ac Professor Ordinarius, Decanus S. Petri Lovanii.

Guilielmus Del Vaulx Sacræ Theologiæ Doctör, & Professor Ordinarius, Pastor ad S. Gertrudem.

Natalis Del Bove Sacræ Theologiæ Licentiatus, Pastor Sancti Michaelis, Præses Collegii Hovii.

Joannes Henricus Mareels Pastor Parochialis, ac Collegiæ Ecclesiæ Sancti Jacobi.

Guilielmus Van Lintbout Pastor S. Quintini, Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus.

Gaspar de Lauwere Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus, Pastor Begginasii Majoris.

EXEM.

EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Admodum Reverendi Domini Archipresbyteri, & RR. DD. Pastorum
Districtus Lovaniensis.*

INfrascripti Decanus Christianitatis, & Pastores districtus Lovaniensis, Diocesis Mechliniensis, memores obedientiae, quam Romano Pontifici, Jesu Christi in Terris Vicario in solemni Catholicæ Fidei professione non semel spondimus, ac juravimus, tenore præsentium declaramus, Nos Constitutionem Apostolicam SS. D. N. Clementis Papæ XI, quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, datam Romæ sexto Idus Septembris 1713. purè, simpliciter, & sine ullâ exceptione, aut explicatione amplecti, eidemque Nos integrè subjicere, & centum & unam Propositiones in eâ damnatas, sincero animo damnare, debitam eidem Constitutioni, atque omnimodam obedientiam, & submissionem spondentes; parique devotione, ac veneratione recipientes Epistolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Nostri de die 17. Octobris 1718. Universo Clero, & Populo Suæ Diocesis inscriptam, eidem libentissimè, & humillimè subscribere, & Nos conformare profiteamur, infinitas gratias præfato Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo pro Pastoralis suo zelo, ac vigilantia erga Oves curæ suæ concreditas. Datum die 27. Decembris 1718. *Erat signatum.*

*A. Hendrickx S.T.L. Archipresbyter Lovaniensis.
Fr. Gaspar Jouret Prior de Bethleem, & Pastor
in Vosthem. Joan-*

- Joannes Collaes S. T. L. Pastor in Herent.*
Philippus Tritsmans Pastor in Winxele.
A. Dierckx Pastor in Velthem.
M. G. Wuydts Pastor in Eversberghe.
Lib. Steens Pastor in Meerbeke.
M. Snel Pastor in Vosseem.
Franciscus Ghysbrechts Pastor in Berthem.
H. V. Linthout Pastor in Nederyssche.
M. Tritsmans Pastor in Corbeeck Trans Diliam.
D. Vrindts Pastor in Rodio Sanctæ Agathæ.
C. Timmermans Pastor in Ottenborgh.
A. Becquevort Pastor in Grez S. Th. Baccalaureus.
Fr. A. E. Vrancx Pastor Nobilis in Archennes.
Joannes Gillot Pastor in Nethen.
R. J. Stordeur Pastor in Bossut.
Nicolaus Fizenne Pastor in Hamme.
Joannes Martinus Hacquin Pastor in Nodebays.
Fr. Gabriel Rapes Pastor in Rotselaer.
F. Guilielmus Van Bouchout Pastor in Wesemael.
F. Matthæus Dirix Pastor in Cortryck.
Fr. Remigius Smets Pastor in Rhodio S. Petri S. T. L.
F. Gisbertus Thenaerts Pastor in Winge S. Georgii.
A. V. Goedenbuyse Pastor de Lubbeke.
*Joannes Baptista Hendricx Deservitor in Pellen-
 berghe.*
Antonius Boits Pastor in Lovenioul.
W. Pluyders Deservitor in Wilsele.
Andreas Vanden Vyvere Pastor in Holsbecke.
P. Loots Pastor in Buecken.
*Nicolaus Van Osmael Pastor in Heverlé, & Haut-
 heverlé.*
F. B. Van Limborch Pastor in Corbeek over Loo.
M. Willems Pastor Werde Sancti Georgii.
L. H. Coelmont Pastor in Tildonck.
Fr. Placidus Corry Deservitor in Linden.

EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Amplissimi Domini Præpositi Montis
Frigidi, & Archipresbyteri, nec non
Reverendorum Admodum Dominorum
Pastorum Oppidi Bruxellensis.*

INfrascripti Pastores Ecclesiarum Parochialium
respectivè Civitatis Bruxellensis debitè convoca-
ti, ac congregati die 8. mensis Novembris anno
1718, memores obedientiæ, quam Romano Pon-
tifici, Jesu Christi in Terris Vicario, in solemn-
i Catholicæ Fidei professione non semel spon-
dimus ac juravimus; moti etiam, & excitati per Epi-
stolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendis-
simi Domini THOMÆ PHILIPPI Archiepiscopi
Nostri Mechliniensis, die 17. Octobris anni 1718.
Universo Clero & Populo suo inscriptam; Tenore
præsentium, ac etiam sub signaturâ Nostrâ decla-
ramus, & palàm facimus, Nos Constitutionem
Apostolicam Sanctissimi Domini Nostri Clementis
Papæ XI, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*, sexto
idus Septembris anno 1713. datam, purè, & sim-
pliciter amplecti, eidemque Nos integrè & sine
exceptione subjicere, & centum & unam Proposi-
tiones in eâ damnatas, ad mentem Sanctæ Sedis
sincero animo damnare. Datum die, & mense ut su-
prâ. *Erat signatum.*

*F. Bernaerts Archipresbyter, Præpositus in Cou-
denbergh.*


J. G. Brenart S. Th. L. Plebanus Bruxellensis.

EXEM-
D

Geor-

(51)

Georgius Jodogne Pastor S. Nicolai.
Ambrosius de Vriese Pastor S. Gaugerici Bruxellis.
Winandus Van Limborch Pastor B. M. V. de Ca-
pella.
Petrus Del Vaulx Pastor Beguinagii.
Joannes Franciscus Tutelaire Pastor S. Catharinae.
Jacobus de Caron Oratorii Presbyter, Pastor
B. M. V. Finis Terræ Bruxellis.
Henricus Josephus Van Hems Pastor Xenodachii
S. Joannis Bruxellis.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

Admodum Reverendi Domini Archipres-
byteri, & RR. DD. Pastorum utrius-
quæ Districtus Bruxellensis ad Orien-
tem, & Occidentem.

CUM ad aures nostras pervenerit, in Concilio
Statûs præsentatum esse Libellum supplicem
sub nomine DD. Pastorum Mechliniensis, & Bru-
xellensis Districtuum adversus Bullam, seu Con-
stitutionem Pontificiam, *Unigenitus Dei Filius*,
hinc est, quod Nos infra scripti Pastores Districtus
Bruxellensis, ad amoliendam à Nobis ejusmodi te-
meritatis, & inobedientiæ infamiam, muneris no-
stri esse duxerimus, publicare, & declarare, uti
per præsentem publicamus, & declaramus, Nos in
prædicto Libello nè vel minimam partem habere;
sed è contrariò, præfatam Bullam, seu Constitu-
tionem Pontificiam Nos acceptare, eidemque si-
cut & Epistolæ Pastoralis Excellentissimi, ac Reve-
rendissimi Domini Archiepiscopi desuper emanatæ,
debitam obedientiam præstare, & semper esse præ-

D 2

stituros.

stitorios. Actum mense Decembri 1718. Erat signatum.

J. B. Barbiers Archipresbyter Districtus Bruxellensis Pastor in Scharebeke.

F. Martinus Mols Pastor S. Agathæ Berchem propè Bruxellas.

O. Molenberghs Pastor.

Jacobus Van Steenstraete Pastor in Hamme.

J. Vander Meulen Pastor in Offele.

F. L. Provoost Pastor in Meusegem.

A. Van Brussel Pastor in Beygem.

F. J. Paon Pastor Grimbergensis.

F. C. De Cock Pastor in Wolverthem.

F. Jacobus Cottart Pastor in Strombeke.

Joannes Bourgeois Pastor de Meys, & quondam in Abbatia Grimbergensi per annos duodecim S. Theologiæ Lector.

F. Nicasius Fariseau Pastor in Wemmel, & Relegem.

F. Henricus Crokaert Pastor in utrâque Heembeek.

F. Judocus de Backer Pastor in Fette & Gansboren.

F. Pleke Pastor in Laken Oratorii Presbyter.

Guilielmus Seyens Pastor de Machelen Sanctæ Gertrudis.

Amandus Van Eynde Pastor in Sterrebeek.

Martinus Wetberghs Pastor in Saventhem.

J. H. Wuydts Pastor in Anderlecht.

Nicolaus Rickart Pastor S. Ægidii in Obbrussel.

J. C. Damiens Pastor in Foresto.

M. Putzeys Pastor in Uccle.

P. F. De Bruyne Pastor in Watermael.

J. A. Aerts Pastor in Evere propè Bruxellas.

J. Cornelii Pastor in Woluwe S. Stephani.

J. Blickx Pastor in Wesebeek.

Nic. Kerpen Pastor in Craimhem.

A. J. Hennart Pastor in Etterbeek.

*H. Van Ypen Can. Reg. Montis Frig. & Pastor
in Duysborgh.*


*F. J. B. Janssens Can. Reg. Vir. Vallis, & Pastor
in Huldenberghe.*

M. De Bailly Pastor in Overyssehe.

J. Rega Pastor in Hoylaert.

L. Fredrieqs Pastor in Roziers.

H. Aerts Pastor in Noffeghem.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Admodum Reverendorum Dominorum
Decani, & Capituli Ecclesiae Colle-
giatæ Sancti Petri Anderlacensis.*

INfrascripti Decanus, & Canonici insignis Ec-
clesiæ Collegiatæ Sancti Petri Anderlacensis me-
mores obedientiæ, quam Romano Pontifici, Jesu
Christi Vicario in solemnî Catholicæ Fidei profes-
sione non semel sponndimus, ac juravimus, te-
nore præsentium declaramus, Nos Constitutionem
Apostolicam S. D. N. Clementis Papæ XI, quæ
incipit: *Unigenitus Dei Filius*, datam Romæ sexto
idus Septembris 1713. purè, simpliciter, & sine
ullâ exceptione, aut explicatione amplecti, eidem
Nos integrè subjicere, & centum & unam Propo-
sitiones in ea damnatas, sincero animo damnare,
debitam eidem Constitutioni, atquè omnimodam
obedientiam, & submissionem spondentes, pariquè
devotione, ac veneratione recipientes Epistolam
Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Do-
mini Archiepiscopi Nostri de die 17. Octobris 1718.
Universo Clero, & Populo inscriptam, eidem li-

D 3

bentissimè,

bentissimè, & humillimè subscribere, & Nos conformare profiteamur, infinitas gratias agentes præfato Excellentissimo, ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo pro Pastoralis suo zelo, ac vigilantia erga oves curæ suæ concreditas. Datum Anderlaci in loco Nostro Capitulari, hac 21. Januarii 1719. Erat signatum.

*Carolus Philippus Van Zype Jurium Licentiatus
Decanus.*

Franciscus Ægidius Van Uffels J. U. Lic. Cantor.

Robertus Eduardus de Farvacques Canonicus.

J. Vigneron Canonicus Anderlechtensis.

A. Tramasure Canonicus Anderlechtensis.

Joannes Antonius Vander Heyden Canonicus.

Jacobus de Blye Canonicus Anderlechtensis, & Presbyter.

Henricus Macarius Van Diependael Presbyter, & Canonicus Anderlechtensis.

M. J. Van Brande Presbyter, ac Canonicus.

J. B. Schrynmaeckers Canonicus J. U. L.

J. B. Harvet Canonicus.

A. M. De Horenbeque Canonicus.

Joannes Georgius Rimbout Canonicus.

EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Admodum RR. DD. Præpositi, Decani,
& Capituli Ecclesiæ Collegiæ
Sancti Martini Alofti.*

PRæpositus, Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Collegiæ S. Martini Alofti, tenore præsentium notum facimus, & declaramus, Nos grater rece-

recepisse literas Excellentissimi, ac Reverendissimi D. Archiepiscopi Mechliniensis de datâ 26. Octobris novissimi, cum adjunctâ Epistolâ Pastoralî ejusdem Excellentissimi Domini universo Clero, & Populo suæ Diocœsis inscriptâ, quibus omnibus læto animo applaudentes, de Corde puro, & fide non fictâ unanimiter profiteamur, nos omni, quâ par est, veneratione, & reverentiâ recipere, atque admittere, uti & antea semper recepimus, atque admisimus Constitutionem SS. D. N. Clementis XI. *Unigenitus*, debitam eidem, atque omnimodam obedientiam, ac submissionem spondendo, & pari veneratione recipiendo prædictam Pastoralem Epistolam, eique in omnibus, & singulis punctis libentissimè, atque humillimè subscribentes, executuri, in quantum Nos concernit, tam eandem Epistolam, quam prædictas literas de datâ 26. Octobris, quas & Registris Capitularibus inseri curavimus. Infinitas deniquè gratias agentes præfato Excellentissimo, ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo de Pastoralî suo zelo, ac vigilantia erga oves curæ suæ commissas: Deum O. M. suppliciter exorantes, ut Ecclesiam suam Sanctam pacificare, & coadunare dignetur toto orbe terrarum: In quorum omnium fidem præsentî Actæ Capitulari subscripsimus, eandemquè sigillo Capituli nostri, & signaturâ Secretarii nostri muniri jussimus. Datum in Congregatione Capitulari 10. Novembris 1718. *Erat signatum.*

Lud. Oost Præpositus.

Corn. Nuyts Decanus, & Pastor.

H. De Zuerendoncq Canonicus.

H. A. De Ruddere J. U. Lic., Cantor, & Canonicus.

M. Vanden Brande Canonicus.

J. B. Govaert Canonicus.

F. P. Del Bove Canonicus.

C. J. de Ruddere Canonicus, & Scholaſticus.

Paulus Tack Canonicus, J. U. Licentiatus.

De mandato RR. Admodum
DD. Præpoſiti, Decani, &
Locus ✠ Sigilli. Capituli præfatorum *Erat*
ſignatum P. J. VAN MONTA-
GU Sacerdos & Secretarius
Capituli.

EXEMPLAR EPISTOLÆ

Cleri ſæcularis Aloſtenſis ſcriptæ Excel-
lentiffimo & Reverendiſſimo Domino
Archiepiſcopo Mechlinienſi,

Excellentiffime ac Reverendiſſime Domine

Speramus, non ægrè laturam Excellentiam Ve-
ſtram, ſi nos infraſcripti Sacerdotes ſæculares
Aloſti commorantes, debitâ, ac filiali Eidem vene-
ratione declaremus, ac ſincerè profiteamur, nos
omni, quâ par eſt, ſubmiſſione, ac reverentiâ ad-
mittere, atque amplecti (ùti, & antea ſemper ad-
miſimus, atque amplexi fuimus) Conſtitutionem
Sanctiſſimi D. N. Clementis XI. *Unigenitus*, eidem,
& per omnia nos ſubjiciendo, & promptiſſimam
obedientiam ſpondendo; agnoſcentes, firmiterquè
credentes, quod in eâdem Conſtitutione Petrus per
Clementem locutus ſit: pari quoquè ſubmiſſione,
ac reverentiâ applaudendo complectimur, ac reci-
pimus Paſtorales Excellentia Veſtræ Epistolam
die 16. Octobris noviſſimi editam, atquè univerſo
Clero, & Populo ſuæ Diœceſis inſcriptam, cui in
omni-

omnibus & singulis punctis, libenti, eoque humillimo animo obsequendo, nos conformabimus. Interim verò D. O. M. supplices rogamus, ac petimus, ut Excellentiam Vestram plurimorum annorum curriculo salvam, & incolumem, nobisque & Ecclesiae suae Sanctae Sospitem servet, & protegat, perenni cultu, atque intimâ veneratione subscribentes. Alosti 8. Decembris. 1718. Excellentissime, ac Reverendissime Domine, Excellentiae Vestrae, Humillimi, atque obedientissimi Famuli, ac Filii, infra scripti Sacerdotes saeculares Alosti degentes.

Cornelius Franciscus de Weghe.

Joannes Jonnart Pastor Begguinagii Alostensis.

Cornelius Carlier Presbyter.

A. Staels Presbyter.

P. J. Van Montagu,

H. Van Waesberghe.

Joannes Lourent vice-Pastor Alostensis.

Ignatius Joannes Arents J. U. Licentiatus.

Alexander F. De Groot J. U. Licentiatus.

J. J. Cayman Presbyter.

Carolus Le Corbifier S. T. B. F.

P. J. Van Hanswyck Presbyter.

P. Le Vecque Presbyter.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS
RR. DD. Monasterii Beatæ Mariæ Vir-
ginis ad Stellas Alosti Ordinis
Sancti Guilielmi.

NOs infra scripti Prior, & Conventuales Monasterii B. M. Virginis ad Stellas Alosti, Ordinis Sancti Guilielmi, humillimâ veneratione, & omni-

omnimodâ obedientiâ, quâ Nos teneri, quamquæ ab omnibus Christi Fidelibus, Romanorum Pontificum, utpotè supremorum, ac infallibilium Judicum in rebus Fidei, & morum, Decretis, Constitutionibus, decisionibusquæ è Cathedrâ Apostolicâ ad Universalem Ecclesiam directis omninò deberi, firmiter credimus, & profitemur, Constitutioni Apostolicæ SS. D. Nostri Clementis XI. quæ incipit : *Unigenitus Dei Filius*, datæ 8. Septembris 1713. Nos per omnia subjicimus, omnesque Propositiones ex Libro Galileo, cui titulus : *Reflexions morales, &c.* excerptas, & per eam damnatas, atque in sensu, in quo damnatæ fuerunt, simpliciter, ac sincerè damnamus, rejicimus, & anathematizamus, atque in illâ, sicut & in aliis Constitutionibus Apostolicis, exultabundo cum tremore agnoscimus, quòd Petrus per Clementem locutus sit. Ità sanctè profitemur, & ubi exigetur à Nobis, ad sancta jurabimus Evangelia.

Insuper Nos conformamus Literis ejusdem SS. Domini Clementis Papæ XI, quæ incipiunt, *Pastoralis Officii* datis sub 28. Augusti elapsi, easque omni cum veneratione amplectimur, uti & Epistolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini THOMÆ PHILIPPI DE ALSATIA, Archiepiscopi Mechliniensis, &c. de die 17. Octobris præteriti editam. In quorum fidem has manu propriâ quiquæ subscripsimus in Monasterio Nostro præfato, anno à Verbo Incarnato 1718. Mensis Decembris die 19. *Erat signatum.*

F. Joannes Callebaut Prior Guil. Alosti.

F. Carolus Franciscus Collart Supprior.

F. J. Chrysostomus Vander Schuren.

F. Thomas Bernardus Vander Gbeylen.

F. Judocus Canis.

F.

F. Petrus Van Rossen.

F. Franciscus Vweghs.

F. A. De Brauwere.

F. Bernardus Beke.

F. Cornelius Tack.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Admodum Reverendi Domini Decani ,
& RR. DD. Pastorum Distri-
ctus Alosterensis.*

INfrascripti Decanus Christianitatis, & Pastores
Districtus Alosterensis Diœcesis Meehliniensis,
memores obedientiæ, quam Romano Pontifici Jesu
Christi in Terris Vicario in solemnî Catholicæ Fi-
dei Professione non semel spondimus, ac juravi-
mus, tenore præsentium declaramus, Nos Consti-
tutionem Apostolicam SS. D. N. Clementis Papæ
XI., quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, datam Ro-
mæ sexto idus Septembris 1713. purè, simpliciter,
& sine ulla exceptione, aut explicatione amplecti,
eidemque nos integrè subijcere, & centum & unam
Propositiones in ea damnatas sincero animo damna-
re, debitam eidem Constitutioni, atque omnimo-
dam obedientiam, & submissionem spondentes,
parique devotione, ac veneratione recipientes Epi-
stolam Pastoralem Excellentissimi, & Reverendis-
simi Domini Archiepiscopi Nostri de die 17. Octo-
bris 1718. Universo Clero, & Populo suæ Dice-
cesis inscriptam, eidem libentissimè, & humillimè
subscribere, & Nos conformare profitemur, infi-
nitas gratias agentes præfato Excellentissimo, &
Reverendissimo Domino Archiepiscopo pro Pasto-
rali

rali

rali suo zelo, ac vigilantia erga oves curae suae con-
creditas. Datum mense Decembri 1718. Erat sig-
natum.

*P. Vander Linden Districtus Alostani Archipres-
byter.*

B. F. Vander Vorst Pastor in Ghyssegem,

C. Ruts Pastor in Hofstade.

H. Van Mulders Pastor de Erpe.

A. Blox Pastor in Nuwerkercken.

F. Van Balen vice-Pastor in Nuwerkercken.

P. Struyff Pastor de Mere.

B. A. Herreyns Pastor in Aygem.

M. Denens Pastor de Heldergem.

F. Van Noeteren Pastor in Haeltert.

L. De Neef Pastor in Kercxken.

Petrus Clercq Pastor in Erembodeghem.

C. De Bundel Pastor in Iddergem.

F. Jacobus Van Damme Pastor in Liedekercke.

F. Gabriel Pauwens Pastor in Denderleeuwe.

J. Van Haecht Pastor in Effchene.

C. Vanden Dale Pastor municipii Asschani.

J. Van Goire Pastor de Cobbegem.

J. Vander Meulen Pastor in Bruyffsegem.

C. Spinoy Pastor in Molhem.

A. E. Mertens Pastor in Merchtem.

J. F. De Greve Pastor in Buggenhout.

*Joannes Baptista Van Haecht vice-Pastor in Op-
wyck.*

*Joannes Baptista Verhoeven Pastor in Moorsel pro-
pè Alostam.*

F. Bruynincx Pastor in Herdersem.

S. Vander Beken Pastor in Wiese.

Joannes Bernardus Van Nes Pastor in Denderbelle.

*Daniel Fr. de Maeyere Presbyter Pers. & Pastor
in Appels.*

*Nicolaus Jos. Vanden Abbeelen vice-Pastor in Ap-
pels.*

Carolus Van Mulders Pastor in Lede.

Joannes Carolus Broeckmans Pastor in Hekelghem.

Godefridus Cuypers vice-Pastor in Lede.

Jacobus Perdegel Pastor in Ourwegem.

Jacobus Vresius Pastor in Meldert.


P. Vande Maele Pastor in Welle.

Ludovicus de Clerck Pastor in Teratphene.

F. Vanden Boffche Pastor in Opwyck.

Jacobus Vinck Pastor in Masele.

P. Patinier Pastor in Baerdegem.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Admodum Reverendorum Dominorum
Decani, & Capituli Ecclesiae Colle-
giatae S. Germani Thenis.*

INfrascripti Decanus, Canonici, & Capellani
Ecclesiae Collegiatae sancti Germani Thenis,
Dioecesis Mechliniensis memores obedientiae, quam
Romano Pontifici, Jesu Christi in Terris Vicario
in solemnī Catholicae Fidei professione non semel
spondimus, ac juravimus, tenore praesentium
declaramus, Nos Constitutionem Apostolicam
SS. D. N. Clementis Papae XI, quae incipit: *Uni-
genitus Dei Filius*, datam Romae sexto idus Sep-
tembris 1713. pure, simpliciter, & sine ullā ex-
ceptione, aut explicatione amplecti, eidemque
Nos integrè subjicere, & centum & unam Propo-
sitiones in eā damnatas sincero animo damnare, de-
bitam eidem Constitutioni, atque omnimodam obe-
dientiam, & submissionem spondentes, parique de-
votione,

votione, ac veneratione recipientes Epistolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Nostri de die 17. Octobris 1718. Univerſo Clero, & Populo suæ Diœcesis inscriptam, eidem libentissimè, & humillimè subscribere, & Nos conformare profitemur, infinitas gratias agentes præfato Excellentissimo, ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo pro Pastoralis suo zelo, ac vigilantia erga oves Curæ suæ concreditas. Datum Thënis in loco Capitulari hâc 24. Decembris 1718. *Erat signatum.*

Joannes Franciscus Goudin Decanus.

Joannes Franciscus Standaerts Canonicus.

Joannes Deveux Custo-Canonicus.

P. Vander Meerén Canonicus.

Arnoldus Deveux Canonicus.

Waltherus Foullon Cantor.

P. Cœlestinus Vanden Bossche Canonicus, & Pastor Xenodochii.

Henricus Van Oeyenbrugghen Canonicus.

H. Du Moulin Canonicus, & Plebanus.

M. De Tombeur Canonicus.

Lambertus Velaerts.

Guilielmus Van Herberghen.

Laurentius de Neve.

Jacobus Philippus Vander monde.

Joannes Ludovicus Deveux.

Quod attestor. Erat signatum. H. Van Oeynbrugghen prædicti Capituli Secretarius.

EXEM-

EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

Admodum Reverendi Domini Archipresbyteri, & DD. Pastorum Districtus Thenensis.

INfrascripti Decanus Christianitatis, & Pastores Districtus Thenensis Diœcesis Mechliniensis, memores obedientiæ, quam Romano Pontifici, Jesu Christi in Terris Vicario in solemnî Catholicæ Fidei Professione non semel sponndimus, ac juravimus; tenore præsentium declaramus, Nos Constitutionem Apostolicam SS. D. N. Clementis Pape XI. quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius*, datam Romæ sexto idus Septembris 1713. purè, simpliciter & sine ullâ exceptione, aut explicatione amplecti, eidemquè Nos integrè subdicere, & centum, & unam Propositiones in eâ damnatas, sincero animo damnare, debitam eidem Constitutioni, atquè omnimodam obedientiam, & submissionem spondentes, pariquè devotione, ac veneratione recipientes Epistolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Nostri, de die 17. Octobris 1718. universo Clero, & Populo suæ Diœcesis inscriptam, eidem libentissimè, & humillimè subscribere, & Nos conformare profiteri, infinitas gratias agentes præfato Excellentissimo, ac Reverendissimo Domino Archiepiscopo pro Pastoralî suo zelo, ac vigilantîâ ergà oves curæ suæ concreditas. Datum mense Novembri 1718.
Erat signatum.

Philippus de Muntere Decanus Christianitatis Districtus Thenensis, Pastor in Grimpde Sancti Petri.

H. Du Moulin Plebanus, & Can. S. Germ. Thenis.
Lam-

Lambertus Servotte Pastor in Bauterssem, & Vertryck.

Renerus Van Hoebroeck Pastor in Oorbeeck.

Anselmus Van Tuyl Pastor in Goitsenhoven.

Franciscus Cartuyvels Pastor in Haeckendover.

A. Mallué Pastor in Melin.

A. De Neve Pastor in Oplinter.

Joannes de Leeuwe Pastor in Autgaerden.

Joannes Lam. Ambroes Pastor in Opvelpe.

F. B. Rega Pastor in Willebringhen.

E. Nys Pastor in Cuntig.

F. C. Naveau Pastor in Vissenaecke.

Adrianus Du Pré Pastor in Neervelp.

Ludovicus Mues Pastor in Bunsbeeck.

Joannes Hyacinthus Croës Pastor in Binchonn.

Franciscus Noel Pastor in Weveré.

Ægidius Meys Pastor in Elissem.

Andreas Vander Hoeven Deservitor in Roosbeeck.

Martinus Goffoul Pastor in Attenrode.

Constantinus Maes Pastor in Kerckum.

Franciscus Des Hayes Pastor in Neerhylissen.

J. J. De Schroots Pastor in Opheylyssem.

J. Guildoff Pastor de Nodwé, & Libertenge.

P. Boyton Pastor Begguin. Thenens.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Admodum Reverendi Domini Archipresbyteri, & DD. Pastorum Districtus
Leeuwensis Sancti Leonardi.*

PRaviâ communicatione Constitutionis SS. D. N. Papæ Clementis XI, quæ incipit : *Unigenitus Dei Filius*, & ejusdem SS. D. N. Papæ Literarum
Aposto-

Apostolicarum in forma Brevis, quæ incipiunt : *Venerabiles Fratres*, Eiusdemque SS. D. N. Papæ Literarum ad Universos Christi Fideles datarum 5. Kalendas Septembris 1718. incipientium *Pastoralis Officii*, nec non Epistolæ Pastoralis Excellentissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis datæ 17. Octobris 1718. Decanus, & Pastores Districtus Leeu-
wenfis Sancti Leonardi Archidiocesis Mechlinien-
fis, memores obedientiæ, quam Romano Ponti-
fici, Jesu Christi in Terris Vicario in solemnî Ca-
tholicæ Fidei professione, non semel spondimus
ac juravimus, tenore præsentium declaramus, Nos
Constitutionem Apostolicam SS. D. N. Clementis
Papæ XI, quæ incipit : *Unigenitus Dei Filius*, da-
tam Romæ 6. idus Septembris 1713. purè, sim-
pliciter, & sine ullâ exceptione, aut explicatione
amplecti, eidemquè Nos integrè subjicere, & cen-
tum, & unam Propositiones in eâ damnatas sincero
animo damnare, debitam eidem Constitutioni, at-
que omnimodam obedientiam, & submissionem
spondentes, pariquè veneratione, & devotione re-
cipientes Epistolam verè Pastoralem Excellentissi-
mi, ac Reverendissimi Domini Nostri Archiepis-
copi, de die 17. Octobris 1718. Universo Clero,
& Populo suæ Diocesis inscriptam, eidem liben-
tissimè, & humillimè subscribere, & Nos confor-
mare profitemur, infinitas gratias agentes præfato
Excellentissimo, ac Reverendissimo Domino No-
stro Archiepiscopo, præ Pastoralis suo zelo ac vigi-
lantia erga oves curæ suæ concreditas.

G. De Nys Pastor in Neerhespen, Archipresbyter
Districtus Leeuwenfis Sancti Leonardi 1. Decembris
1718.

Cornelius Vander Heyde Pastor in Laer.

F. J. Laur. Natalis R. Heylis. Pastor de Lismella.

E

Hen.

Hen. Engelbert Pastor in Raetshoven.

P. Van Keerberghen Pastor in Overwinde.

M. Snoeckx Pastor in Neerwinde.

Daniel Smits Pastor in Waesmont.

M. Heffels Deservitor in Landen.

P. Tassar Deservitor in Rumsdorp.

Samuel Leunen Sacellanus in Landen.

Joannes Fredericus de Brachell Persona in Neerlanden, & Abbatia Sanctæ Gertrudis Lovanii Religiosus.

Petrus de Bruyn Pastor in Orsmael.

G. Rega Pastor in Overhespen.

Joannes de la Loy Pastor in Wommersem.

Jac. Lud. Swysen S.Th. B.F., & Pastor in Neerlinter.

Petrus Bleyenheuffs Rector in Neerlinter.

Joannes Noél Pastor in Budingen.

F. M. A Lard Pastor in Hooledé Religiosus Heylissemensis.

Joannes Van Regenmorter Pastor in Kersbeeck, & Deservitor in Miscum.

J. Mennekens Plebanus Oppidi Leeuwnensis.

Andreas Vos Oppidi Leeuwnensis Vice-Pastor.

Joannes Ariens Pastor, & Persona de Neerdormael, & Deservitor in Opdormael.

T. Sloots Pastor in Betze.

Adrianus Dox Presbyter, ac Deservitor Capellania Sanctæ Mariæ Virginis in Betze.

Infrascriptus attestor, suprascriptas signaturas factas esse manu propriâ ab omnibus, & singulis respectivè Dominis Pastoribus, & Presbyteris Districtûs Nostri Leeuwnensis Sancti Leonardi, hanc actam libero, constanti, & hilari animo signantibus, D.O.M. unanimiter orantibus, ut eodem spiritu, & zelo, eâdem humili submissione, & sanctâ obedientiâ ergâ supremam Sedem, repleat cæteros Illustrissimos, ac Reverendissimos Episcopos, quos
Deus

Deus per Sedem Apostolicam posuit regere Ecclesiam suam ad exterminanda zizania hæreseos ex suis Diocæsibus : quo, virtute Altissimi, obumbratum videmus Excellentissimum Dominum Nostrum Archiepiscopum, qui quasi super Aspidem, & Basiliscum ambulando, Jansenianam hæresim generosè trivit, & strenuè calcet rugientem Quesnellii Leonem, & pestiferum Appellantium Draconem. Idcirco deprecamur Altissimum, ut Virum tam Excellentem Nobis, & universo Gregi suo, totiquè Ecclesiæ suæ sanctæ diutissimè incolumem servet. In hoc voto præsentis signo, & attestor. *Erat signatum.*

G. De Nys Pastor, & Persona in Neerhespen, Archipresbyter Districtus Leewensis Sancti Leonardi, S. Th. B. F. hac 22. Decembris 1718.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

Admodum Reverendi D. Archipresbyteri, & DD. Pastorum districtus Gerardimontensis.

